





DEACCEN

TIBVS, ET ORTHOGRA  
PHIA, LINGVAE HEBRAI

ca, à Iohanne Reuchlin Phorcensi  
LL. Doctore Libri Tres Car  
dinali Adriano dicati.



6-4-1-22

I

a.

1 2 3

4 5 6

7 8 9

LIBER PRIMVS II  
 ADRIANO, S. CHRYSOGONI REVE  
 RENDISSIMO CARDINALI. IOAN  
 NES REUCHLIN PHORCENSIS  
 LL. DOCTOR SALVTEM D.

**H**ebraicæ ueritatis amatoribus ADRIANE opti  
 marum literarum Patrone, nuper in te nominis glo  
 riam nullo unquam tempore interituram, & ecclesie  
 uniuersalis perpetuam utilitatem, ego primus omnium quos  
 terra sustinet, libros de Accentibus, & Orthographia Iudæo  
 rum, sermone latino edidi, tuoque fœlicis præsidio dicaui, ut  
 certum haberet ducem, externarum linguarum studiosa iuuen  
 tus, sub cuius signo leuato militaret, cum opus foret contra  
 furiosos & rabidos canes omnis bonæ artis ofores, contra lu  
 em & pestem uetustatis, contra librorum incendiarios monu  
 mentorum antiquissimorum cladem & orbitatem sitientes.  
 Non satis esse duxi, tot exantlato labores, tantum operæ,  
 tantum olei superioribus annis in nouiciorum studia impen  
 disse, ut eos & græca primum, deinde & Rudimenta Hebrai  
 ca cum nullo meo lucro ne sperato quidem docerem, nisi etiã  
 & consummatissimam grammatices hebraicæ hanc partem  
 tuo nutu atque numine discendi cupidus gratuito monstrarem,  
 id quod potissimum fuit scribentibus nobis reliquum, qui de  
 syderamus pleno pectore ac totis uiribus omnium studioso  
 rum salutem, dignitatem, atque profectum cura cogitatione ui  
 giliis & lucubrationibus nostris comparare. Nam semper  
 hæc mihi fuit in partem beatitudinis optata fors ut omnibus  
 prodesse possem, nocere nemini, nisi forte lacessitus iniuria  
 Nimirum ad hoc me natura inflexit, educatio aptauit, & ui  
 uendi consuetudo iugiter commouit, ut nihil esse in hoc secu  
 lo beatius arbitrarer, quam in omnium bonorum hominum com  
 moda, sudores & labores nostros conuertere. Vtque nihil



## LIBER

eorum ignores, iam sane ab ipsis uitæ meæ incunabulis or  
 sus *ἔστιν ἀπὸ γαμμοῦ* rationes omnis meas tibi exigua scheda  
 colligam. Nihil omnium tanta animi uel contentione uel  
 cupidine sum sectatus quanta multiplex illud externarum  
 linguarum studium, ut non dubitem signa genii me flagran  
 tis insecutum. Itaque nullâ ætas, nullâ uitæ pars, mihi agitur  
 qua non aliquid moliar animo quod ad externæ sapientiæ  
 cognitionem atque adeo ad prodèdas nostris hominibus gen  
 tium linguas attineat, non nimis alta sapiendo, sed humili  
 bus contentiando. Quondam nempe adulescens ego, dum  
 asperam & rudem seculi superioris philosophiâ apud Rau  
 racos meditor, statim ad cultum & æquabile genus oratio  
 nis latinæ, siue solutam uelles, siue modis uinctam, adieci ani  
 mum. Intercæ primos professores ut esset aliquis etiam usus  
 mei in restituendis literis, extra ordinem utriusque generis au  
 thores publice docui. Atque id primum studio, magis ut græ  
 maticum quàm elegantes haberemur, quid enim requireres  
 amplius ab hominibus qui annos iam supra tercentos aliud  
 nihil moliebantur quàm ut barbari essent. Vnde cū loquen  
 di uitio, amor etiam & uoluptas quædam balbutiendi in sede  
 rat. Sed prospere cessit. Magnæ rei non frustra manum ad  
 moliti sumus, tametsi strenue refragarentur initio istius ge  
 neris magistri quos hodie scilicet hostes patimur, quibus  
 corruptissimo iudicio & admirabili *ὀλιωτῆα* tumentibus, ni  
 hil præter feces suas recte probatur. Iam usu res explende  
 scebat fiebatque ut purius & scriberet & diceret iuuentus ger  
 manica, idque me auspice. Deinde accessit græcarum literarum  
 studium, sine quibus nemo sat politus cenferi potest. Hisce  
 ad philosophiam reuocabamur Aristotelicam, quæ non nisi  
 à græcis hominibus proprie ac rite tradi solet. Huc aspira  
 bant, si qui bonis ingeniis non corrupta ista & perturbata di  
 sciplina infecti erant. Sensim pueriles scholarum nugæ dese

rebantur. Ibi uero supercilia tollentes ueternosi Sophistæ, mirum ut ridiculi, aiebant. literarum genus à nobis tractari alienum à romana pietate, Græcos schismaticos esse. Interdictas eorum disciplinas contra ecclesiæ decreta nobis magistris prodi. Viden. quanti ratio mihi primorum studiorum cõstiterit, per quæ rerû discrimina, quid passus à Sophistis, effecerim ut relipisceret Germania uel tandem. Sero enim phryges sapiunt. Hæc sunt primæ iuuenta: merita, quam in telligis omnem in discendis iuuantisq; literis actam. Bene habet. Nil potuit tunc liuor inertium, & ego testes habeo recte imbutæ eius ætatis passim apud Germanos ac Gallos non paucos autoritate summa uiros, qui tum iisdem unâ mecum stipendiis meruere. Iam ciuiles causæ obruebant, in foro uerfabar, potentissimorum Germaniæ principum consiliis intereram. Post deinde ad summam Triumuiratus Sueuiæ dignitatem electus quædam undecim annos continuos gessi, sæpe imminencia patriæ bella iusto tribunali dimoueram, ne tum quidẽ peregrinis studiis neglectis. Hac ueluti occasione usus interdum ad hebræa animum contuli, deerant enim adhuc. Tum graui meo impendio doctissimum quencq; hebraicorum auctorare præceptorem solitus, cum ipsis quoq; Apellis congressus, quatenus homini christiano phas esset, ita nihil à me non datum est pietati. Adrisit hercle animo hebraica peritia, primo quia suoapte ingenio iucunda, deinde quia magno uidebatur usui futura, sacras olim uersaturo literas. Eo iam tum & omnis ante actæ uitæ studia, & omnes animi conatus, si qui non infœlices forent referebam. Christo addictus omnia deuoluebam christianæ ecclesiæ uel augendis uel honestandis rebus. Nulla me fames auri (id ipsum enim liberaliter prodigebam in horum studiorum sumptus) adigit, ad hebraica mysteria discenda. Nulla inanis gloriæ sitis, ea enim studia tum celanda uulgo erant, ut quæ in tanta di-

## LIBER

gnitate confutito uiderentur indecentia. Non me tenet  
**ADRIANE** non tenet in his excolēdis auri scelcrata ci-  
 pido. Ingenio trahor & amore pietatis. Sanguinem IESV  
 Christi qui medullatam sese pro nobis hostiam patri obtulit  
 testor me nunquam à ludæis ulla uel auri uel argenti do-  
 na premia munera recepisse, nullis me opibus unquam uel  
 in hoc etiam tam diurno bello quod aduersum me tot &  
 tam diuites mendicantes, tam crudeles hostes gerunt adiu-  
 tum. Nec, ut opinor, dubitant si qui non improbo iudicio ui-  
 tæ meæ rationes cognorunt. Et sunt tamen, ut ille græcus ait  
*δολιὰ πῦρα βουλευτήρια, τρωλῶν ἀνακτες, μαχνορράφοι κακῶν, ἄλικτα  
 καὶ οὐδὲν ὕμεις.* qui contra phas hominum deum & nequissimi-  
 me audent emētiri, nescio quo me pasci à ludæis auro, quod  
 tantum abest à ueritate quantum mendaces ipsi à probitate.  
 Sed expecto dominum & uiriliter ago, hic disperdet uniuersa  
 labia dolosa. Hoc aspirante, hoc docente, linguas disco eti-  
 am senex, idque cupidius eo quod nulla prius ingenii sunt hu-  
 mani munia interpretandæ sacrosanctæ legi tam necessaria  
 quam est linguarum peritia. Quod si libet, periculum facito scri-  
 ptorum ecclesiæ, uisurus quid inter peritos linguarum ac ex-  
 pertes interpretes interfit. Et quidem *λίς ἀβ̄ π̄σθ̄ν*. Mihi au-  
 tem in animo non est in præsentia cum quoquam digladiari,  
 alioqui & redamantibus quantum oratione possem, ora re-  
 tunderē. Nec enim leuia sunt quæ grammatica cognitio par-  
 tunit. Is est plane uerus & germanus scripturæ sensus, quæ na-  
 tura uerbi cuiusque proprietates expedita solet aperire, ut præter  
 eam interim quantum possis uenari mysteriorum non è uer-  
 bis modo sed apicibus penè singulis, si spiritu magistro ado-  
 riare. Id uel maxime uerum est de scripturis hebraicis quibus  
 prope nihil est traditum quod non umbraculi uice spiritali  
 commēdetur intelligenti. Diuiniора cū non è rubo per an-  
 gelum, sed ex homine per deum accepimus, & paruuli dari.



quàm patres nostri mysteria regni dei cognoscimus. Tamen ita sese habet conditio nostrorum, ut non modo plurimum adiuuenti, ueteris figuræ testamenti ad explicanda ea conferant, sed etiam neglectis hisce *σκιογραφαίς*, adiri nostra prorsum nequeant. Hæc cordi sedent, hæc admonent, hæc agitant, ut Hebræa & amem & excolam nihilominus his interim agitated malis. Manca mihi nostra uidentur nisi hæc adiungā. Deinde nō expleor, nisi hoc studium meum bonis omnibus adprobem, id quod arbitror esse liberalis animi argumentū. Atq; adeo uobis primum ecclesiæ principibus. Id in caussa est cur ferme omnia mea quanquam hominis prophani, solis addiderim iis qui sacris initiati sunt, Cabalam, Iudaicę gentis remotissima secreta, summo ecclesiæ principi dicaui. De Verbo Mirifico, Vāgionum antistiti, Psalmos S. Athanasii Iacobo Aurelio Questēbergo, Rudimenta hebraica Dionysio fratri meo germano sacerdoti, Cōmētarios in pœnitentię psalmos hebraicos Iacobo Lempo theologiæ iuriscq; doctori. Nunc *ἑδωκεν* ad summa reuertenti proximus es tu mihi ADRIANE senatus apostolici decus, quem tot orbis literæ, tam frequentes muse uniuerso commendant, libet etiam reliqua decora nominis tui iis celebranda relinquere quibus est immortalibus digna operibus eloquentia. Caterum sunt in oculis omnium quæ fidem doctrinæ tuæ faciunt, & ego magnis accipio testibus, impendio te non communibus modo studiis, sed hebraicis quoq; raris illis oblectari. Quo excellentissime presbyterorum Archegeta librum quem de acētibus & orthographia linguæ hebraicæ inscriptum uides, tibi nuncupo. Belle uero, suem ut aiunt Veneri, Grammaticus liber est, amplitudini uestræ nequaquam par, tamē is est eius genius, ut aliqua uelit parte cum magnorum ingeniorū operibus comparari. Quondam formulas hebraicorum nominum uerborumq; slectendi regulis uinximus, qualiter an

## LIBER PRIMVS

se me omnium è nostris nemo fuit ausus. Modo accentus & orthographiam adiicio, & negocium iis etiam operosum qui toti in artem ac regulas conuenere legibus astringo, certisq; pronunciandi modis complector, ut in *ἑβραϊστικῆς* grammaticæ hebraicæ signibus habeant compendio latini homines, quod non uagis orationibus sed descripta definitaq; methodo sequantur. Res autem diuidetur liber iste noster in tria uolumina secundum accentus tria genera, ne oporteat de singulis longiorem catalogum texere. Cum enim Prosodia omnem significet dictionum prolationem, & quædam simplici enuncientur grammaticorum uoce, quædam ornata rhetorum pronuntiatione, quædam autem Musicæ harmoniæ sono. Conueniet in primo grammaticum. In secundo rhetoricum. In tertio uolumine musicum accētum studiosis hebraicorum discipulis exponere. Igitur in hoc primo uolumine cum de grammatica dictione qualibet ludum aperiamus, & ea sit in triplici genere perspecta, iuxta tris eius species. Est enim nomen, est uerbum, est inter illa medium, quod necq; nomē sit necq; uerbum, sed consignificatiuum appellatur, ideo de nominis ante omnia, secundo de consignificatiuæ partis, & tertio de uerbi accentibus pro nostra uirili tractabim⁹, inchoantes ab eo uerbo פֶּעַל quod omnibus ferè dictionibus cōmoda sufficere possit exempla. Quodcunq; enim hebraicum uerbum propriis uiderint amantissimi lectores ab initio paragraphis notatū, id regulæ ac canonis exemplar habēto. Nec refert in hoc libro supra literā uirgula ponatur, an infra, modo intelligant ibi accentum grammaticum fore ubi uirgula monstrat, quæ certelibro tertio in aliam transmutabitur formam.

פֶּעַל Vtraq; syllaba per camez, accentus in ultima, ut  
 רָבַרְבַּר Isaiae secundo. Verbum quod uidit Isaia. Et וּבָרַבְרָב  
 Genesis primo. Masculinum & foeminam. Et אֲבָקֶךָ Exodi  
 nono. Sitq; puluis super omnem terram. Sic quoq; אֲטַרְטֵר  
 קָטַן חָנָה עָשׂוּ עֵינָיו גָּמַל שָׂפוֹ מֵחַר  
 רָעַב וְקָו וְהָב כָּנָה עֵינָיו

Numeri duodecimo. Erat Moyses uir mitissimus, ubi uau  
 uenit loco he.

פֶּעַל Accentus in ultima, ut שָׁלוֹ Psal. centesimo qnto  
 Petiit & uenit coturpax. Vel iuxta S. Hieronymum secundum  
 Septuaginta interpretes ortygometra. Et בָּתָב Ester iii.  
 Sūma aut epistolarum hæc fuit. Sic quoq; יָקָר אֲסָר  
 קָרַב שָׁרָר סָתָו וּמָוֹ & alia his similia. Quæ in  
 statu constructionis & regiminis mutant camez in patha, &  
 nihilominus seruant accentum in ultima, ut Ezechielis xiii.  
 In scriptura domus Israel. Excipitur שָׂאָר quod tam in sta  
 tu absoluto q̄ in statu constructionis & regiminis semper in  
 fine habet camez & ibidem accentum. Et nota q̄ יָקָר pri  
 ma seu & ultima camez est nomen substantiuum, id est de  
 cor, & significat genus magnificentiae non habens plurale ni  
 si forte foeminini generis. Vt Ester primo. Magnitudinem  
 atq; iactantiam potentiae suae. Sed יָקָר est adiectiuū q̄d  
 habet in plurali יָקָרִים more solito masculinorum, quod  
 ad superiorem canonem pertinet.

פֶּעַל Accētus in ultima, בָּתָב ut primo Paralip. xxviii.

b

Et in statu regimini si  
 se p̄ camez in sena  
 in parba vL q̄ est  
 Hebrei dicunt sam  
 227 et si p̄ hapax  
 ḡonizalij p̄nctum  
 sonagatba. ut



LIBER PRIMVS

Omnia, inquit, uenerunt scripta, id est in scriptura. Et **גבר** psalmo decimo octauo. Cum uiro innocente. Et **צפת** Iudicum primo. Et percusserunt simul chananæū qui habitabat in Zephath. Vbi hoc nota, quod ideo illic punctatur in ultima per *camez*, quod distinctionem facit per *athnah*. Fit enim ita, quod finalis syllaba per *patha* solet in distinctione aut termino seu periodo sermonis conuerti in *camez* remanente accētu. Assumit autem quandoque *he* in fine, & manet tam uox quæ accentus in *pha*, ut secundo Paralipome. decimo quarto. **בגיא צפתה** In ualle Sephatha. Consimilia huic canonis sunt exempla hæc **דבש דוי גבל סבר** ut

patet. Nam **דוי** etiam per *camez* notatur propter distinctionem & terminum, ut Ieremiæ viii. Cor meum mœrēs.

**פעל** Accentus in ultima, ut **ואב** Iſaię undecimo, habitabit lupus. Sic **באב באר שאר פאר ועיר** & ita de aliis similibus.

**פעל** Accētus in ultima, ut **שבם** Genesis duodecimo usque ad locum Sichem. Sic psalmo C viii. Sichimam & conuallem. Quod cum etiam inueniatur **שבם** quia tamē aliter punctatur; iccirco aliter quoque pronunciat, ut inferius patebit.

**פעל** Accentus in ultima, ut **היכל** psalmo Cxliiii. Similitudo templi. Et in statu constructionis mutant ea nomina *camez* in *patha*, sed non mutant accentum, ut psalmo lxxix.

**היכל קדש** templum sanctum tuū. Et Ieremię vii. Templum domini. Sic etiam **זכר שעה חמר**

*miss. pathah in heh*  
*miss. in ualle*

cccc

capitulum

טעם VI  
**עַבְדֵי לִבְבֵי שֶׁבֶר שֶׁל צִלְעֵי**

**פַּעַל** Accentus in ultima, ut **תָּבַל** lob xxxiiii. posuit orbem, quod semper est collectiuū, & ideo caret plurali numero, Simili accentu sunt **הִלֵּל תְּבִי** & similia.

**פַּעַל** Accentus in ultima, & frequenter <sup>et</sup> gessatur ain hapaal in hac forma, & sic est oxytonum ut **חָבַל** Prouerbiurum xxiii. quasi sopitus gubernator amisso clauo, & dices. Quæ sane paraphrastica interpretatio est, & non de ueritate hebraica. Quo magis miror nostros commentatores eius loci, qui neglecta uerborum expositione student allegorias texere. Solēt autē, aliqui hebræorum nauis malum sic nominare à multis funibus quibus à summo deorsum usq; obfirmatur. Rabaſona exposuit q̄ sit res facta ex funibus super aquas quibus reguntur naues, Vel est ipsum gubernaculum nauis. Vel spira funium quibus regitur uelum nauis.

Rabi Saadias exposuit q̄ sit ipsa nauis q̄ dicatur & **חֹבֵל** & quandoq; **חָבַל** ut sit sensus, Et tanquam dormiens in capite seu specula nauis. Varietas hæc fortasse mouit expostitores nostros nihil ad ueritatem nominis dicere, sed omnia circuloqui. Nam hoc totū scilicet amisso clauo, & dices, non est de textu. Similia in hac forma sunt

**אֶטֶר עוֹר אֶלֶם** & sic de aliis consimilibus. **עֵקֶשׁ עֵלֶג שֶׁלֶם קֶטֶר רֶבֶר**

**פַּעַל** Accentus in ultima, ut **יָסַר** quod in quibusdam libris inuenitur per patha in fine. Isaiaē xxviii. Ecce fundamentū in zion lapis, lapis probatus. Sic etiā hæc **אֶטֶר כֶּבֶר**

## LIBER PRIMVS

אָסֶר & cetera. Et si mutetur uox, non tamen accentus ut

פָּתַם בְּהַשׁ צִהָל

פָּעַל Accentus in ain hapaal, ut עֵקֶב Iob xviii. Tenetur  
bitur planta illius laqueo, licet quandoq; inueniat hatteph  
patha in p̄icio, ut חֵמֶשׁ עֵקֶב Sed frequentius p̄ ca  
mez & zere ut שִׁמּוֹ שִׁבְגָּ שִׁפְלָ יִבֶּשׁ חֵמֶץ  
חֶפְצֵי חֵצֵר שִׁמְחָ גִּדְרֵי שִׁבְעָ יִפְחָ  
בֶּשֶׂר זָקוֹ אֲבֵל בְּבֵר עֵרְלֵי יִרְחָ Etiam  
si mutatur ain zere in ain fagol ut לֶחֶם Vel in continui  
tate sermonis ain zere in Ain patha & pe camez in seua ut.

שָׁבוּ

פָּעַל Accentus in ultima, ut יוֹצֵר Amos septimo Et  
ecce fictor locustæ. Sic שׁוֹרֵק רוֹגֵל עוֹרֵק  
יוֹתֵר אוֹיֵב עוֹרֵב יוֹבֵל חוֹרֵשׁ עוֹלֵל  
חוֹבֵל יוֹגֵק רוֹוֹן שׁוֹיֵמִים סוֹחֵרָה Et cæte  
ra his similia.

פָּעַל Accentus in pe hapaal id est in prima, uel si dicere  
maluerimus in penultima. Et constituitur hæc forma ex sex  
punctis, hoc est ex duobus seggol, ut אֶרֶץ Genefis primo  
Et uocauit deus aridam terram. Sic quæ sequuntur.

אֲבוֹ אֶרֶד אֶרֶד גִּפּוֹ צֶרֶק שֶׁלֶג מִלֵּד  
חֶבֶל חֶרֶס דָּבַר קָסֶם טָרֶם זָבַר זָבַר  
פָּרַד רָסוּ שִׁטְחַתָּהּ עֵשֶׂר חֶרֶב גֶּשֶׁם

טעים  
אִמֶּשׁ פֶּטֶר רָחֵם קָרֵם גָּגֵב שׁוּבֵל עֵרֵב  
עֵצֵם עֵצֵב שִׁבֵר יִתֵר גִּתֵק גִּשְׁד עֵבֵר  
quod inferius etiam inuenitur per zere

ut patebit. Cum autem patha magnum & patha paruum inter se habeant symbolicum transitum, ideo sepe unū trāf mutatur in aliud, & nihilominus accentus seu aratur immobili ut **שִׁבַע סֵלַע זֶרַע** Leuitici uigefimo tertio. Septem hebdomadis. Et Numeri uigefimo. Loquimini ad pe- tram. Et Isaiæ lv. Dat semen serenti. Sic quæ sequuntur.

פֶּרֶה צִמָּח שִׁמֵע גִּתָּח שְׁלָח בִּלְחָ  
Et reperitur **שִׁמֵע** quinquies in sacra scriptura per zere, ut Genesis uigefimo nono.

Qui cum audisset uenisse iacob filium sororis suæ &c. Igitur quæ supra tractauimus habet in fine patha magnum, id est uocem .a. pro patha paruo. i. sægol. Et syllabam primā notant per sægol, præter **מִצַּח מִזָּח יִשַׁע גִּצַּח**

& quandoque per sægol in prima reperiuntur. Sic **גִּבְלֵ** utrobique per sægol, ut psalmo septuagesimo primo. In uasis psalmi. Et etiam per quinque puncta, ut psalmo trigefimo tertio. In psalterio decem chordarum. Similiter

שִׁבַט עֵשׂוֹב הַפֶּר עֵרֵד עֵדֵר עֵזֵר סִפֵּר  
סִתֵר סִפֵּל סִמֵּל זִבֵּר זִזֵר אֵרֵד אֵבֵר  
עֵפֵר עֵבֵר עֵרֵב אֵצֵל אֵצֵר גֵּצֵר רִבֵּז  
יִתֵר עֵקֵב עֵבֵר עֵמֵק חֵרֵק עֵרוֹ חֵשֵׁב  
חֵלֵב חֵפֵץ חֵרֵב גֵּסֵר גֵּרֵר

## LIBER PRIMVS

Multa autem illorum mutant primam in camez magnum  
 præsertim in distinctione uel termino sententiæ, nihil omni-  
 nus manente accētū in prima, ut **אָרִי** Ieremiæ uigesimo  
 secundo. Et facit laquearia cedrina. Et **עֵבֶר** Genesis qua  
 dragesimo quarto. Ipse sit seruus meus. Et scribitur **גִּבֹּר**  
 per sex punctis quod habet accentum in prima. Threnorū  
 tertio. Bonum est uiro. Et mutatur primū sægol in camez  
 & remanet idem accentus, ut **גִּבֹּר** in eodem capitulo, ut  
 dedinaret iudicium uiri. Et **פָּרִי** Ruth quarto. Hæ sunt  
 generationes Phares. Et sequitur haud longe post, cum sex  
 punctis **פָּרִי** Phares genuit Efrom. Similiter **אָבוּ** Ge-  
 nesis undecimo. Habueruntq; lateres pro saxis. Verius sic,  
 Et erat eis later pro lapide, & **רֶשַׁע** primo Regum uige-  
 simo quarto. Ab impiis egrediet impietas. Et **רֶשַׁע** psal-  
 mo Cix. Constitue super eum peccatorem. Sic **רָחֵם**  
**רָחֵם רָחֵם** Cernitis optimi discipuli quomodo in hac  
 forma fiat unius & eiusdem dictionis uariatio, semper rema-  
 nente accentu. Sunt autem ex illis ipsis dictionibus quæ nō  
 uariantur, & non mutant sægol primæ syllabæ uel ze, re in  
 camez ut **מֶלֶךְ תָּבוּ גִבֹּר גִּצְיָה עֵרוּ חֲפִי**  
**אָפֶר חָרָם קָרָם גִּגְר יִתֵּר צָרָק חֶלֶק**  
**עֵקֶב עֵשָׂב שָׁבָם** Siue igitur mutantur seu nō mu-  
 tentur semper habent accentum in prima syllaba, ut **סֹתֵר**  
 psalmo nonagesimo primo. Qui habitat in adiutorio altissi-  
 mi. Rectius de hebraica ueritate sic. Habitans in abscondito  
 summi. Et **סֹתֵר** Deutero, uigesimo septimo. Maledictus  
 qui clam percussit. Rectius ita in abscondito. Et **אָרִי**



Prouerbiorum trigesimo. Ut comedat inopes de terra. Et  
 ארץ Saepius in prima per camez & maxime cum prapo  
 nuntur hæ literæ, sic ו ב ל וּ ut cū dixeritis הארץ  
 בארץ לארץ וארץ Sin autem he litera ei di  
 ctioni postponitur, tūc prima notat per patha ut ארצה  
 Et semper accentus in pe hapaal.

Canon ultimus in hac forma est iste. Quæ auncq; de illis  
 fuerint quæ Ain hapaal habent gutturalem uidelicet Ain uel  
 heth, uel he similesq; uocales illa recipiūt patha gadol, quod  
 est apertorium magnum uocis Italicæ. A. & leuant accentum  
 in pria, ut טעם ועם גער געל רעל שער  
 בער גחש פחת שהת תחת רחם  
 על סער Et לחב רעל  
 Ionæ primo. Tempestas ma  
 gna in mari.

פּעל Accentus in prima, ut הרש Numeri uigesimo  
 octauo. Mense autem primo. Et ibidem קדש pri  
 ma uenerabilis et sancta erit. Similiter ita quæ sequuntur.  
 גרו עפל אפל הפש הרש חפו  
 שובר שורשי Isaiæ quinquagesimo tertio. Sicut  
 radix de terra sitienti. Et si Ain hapaal hoc est litera media  
 substāialis fuerit uocalis, mutat segol in patha magnū, & reti  
 netur accentus in prima, ut תאר Genesis uigesimo nono  
 Rahel decora facie. Sic בעל רחב בחו  
 שתר צהר Et ex eis duo sunt quæ retinent segol in  
 fine, ut אהל בחו Similiter & adhuc si ultima litera.

LIBER RRIMVS

substāialis fuerit, uocalis ea mutat in patha magnū, & p̄ma  
net accē<sup>9</sup> in priā, ut **גַּגָּה** Amos v. Et nō splendor in ea.

sic **אֶרְחָה רֵמַח גְּבַח** & reliqua.

† **פַּעַל** Accentu in prima ut **אֶוֹן** Habacuk tertio. Pro  
iniquitate. Et **מוֹת** prouerbiorum decimo octauo. Mors  
& uita. Et **עַל** Leuitici decimo nono. Nō facietis quod  
iniquum est. Sic **תָּוֵר** & si qua sunt similia.

Ⓢ **פַּעַל** Media litera daggeffata, seruat̄ur accentus in ultima  
ut **מַקֵּל** Ezechielis trigesimo nono. Sagittas & baculos  
manuum. Et quādo, q̄ hoc nomen mytat zere in patha nō  
mutando accentum **מַקֵּל** ut Genesis trigesimo. Tollens  
ergo iacob uirgas, & utrobicq̄ in hebraico ponitur singulari  
ter. Sic **שִׁבַח** ut Ecclesia. quarto. Et laudauī magis mor  
tuos. Similit̄er **מֵהָר רַחֵם חֵלֶק** Et **מֵאוֹ** quod  
loco patha retinet camez.

† **פַּעַל** Media litera daggeffatur, & cadit accentus in ultimā  
ut **סִבְלָה** tertio Regum quinto. Eorū qui onera portabāt  
Et **רִיזוּ** psalmo sexagesimo octauo. Et patris uiduarum. Sic  
**שִׁבַח סִלָּה חֲדָשׁ גִּבְגַּ מִלַּח קִשְׁתִּי**  
**דָּבַח קִנְיָה** Et mutatur quādoq̄ camez in patha nō  
mutato accentu, ut **פִּנְגָּ** Ezechielis uigesimo septimo. In  
frumento primo ballāmū & mel. Quidā libri habēt **פִּנְגָּ**  
utrobicq̄ per camez, sicut liber meus quem Roma mecum at  
tuli, supra quām peruetustum. Alii autem **פִּנְגָּ** prima p̄  
patha & secunda per camez, & sic impressi tenēt. Sed habeo

alterum quoque antiquissimum & ualde emendatum quise-  
cundum nostram præceptionem cōinet פג patha, & eūdem hic sequimur. Et אבר Genesis decimo  
Et Acad & Chalane. Hac in forma sunt quædam nomina q̄  
dum nequeant mediam literam daggersare, mutant uocē pri-  
mam patha in camez cum dagges, & pronuntiant ultimam  
per patha cum accentu, ut פֶּרֶשׁ פֶּרֶשׁ & cætera.

ע פֶּעוּל Accentus in Ain hapaal hoc est in ultima syllaba,  
ubi litera substantialis media semp puctari solet, ut תְּהוֹם  
Genesis primo. Et tenebræ erant super faciem abyssi. Et  
הַמִּוֶּרֶת primo Regum sedecimo. Asinum plenum pari-  
bus. Et צְרוּר Exodi decimo quinto. In magnitudine bra-  
chii tui. Sic שְׂאוֹר סְגוֹר יְקוֹר גְּבֹה שְׂחוֹח  
Ab illo poterit hoc fieri quod legitur Canticorum quarto.  
תְּאוֹמֵי צְבִיָּה Capræ gemelli, quod in singulari di-  
ceretur תְּאוֹם uel sicut צְרוּר ita dicatur תְּאוֹם  
Item צְפוּן Iosue decimo septimo. Terminus Manasse  
ab Aquilone. Ita etiã reperitur צְפוּן Isaia decimo quar-  
to ab Aquilone sumus ueniet. Et alia similia.

ע פֶּעוּל In litera substantiali media, id est in ultima syllaba  
ut אֶשׁוּחַ Prouerbiorum uigesimo. Lumen eius in me-  
diis tenebris, iuxta nostram translationem. Sed hebraice in ni-  
gredine tenebrarum. כֶּסֶם Sic זְבוּל גְּבוּל כְּרוּב

יִצְעַק יִצְעַר זְאוֹם כְּסוּי פְּרוּי

ע פֶּעוּל Accentus in Ain id est in media substantiali, hoc

טעם

X

nono. Et nomen eius Saul. Sic etiam **הָרֹחַל עֵשׂוֹק**  
**שְׁחוּט קְלוֹט בְּרוּךְ עֵצוּם שְׁרוּעַ**  
**שְׁבִיעַ**

Ⓐ **פֵּעוֹל** Accentus in Ain hapaal hoc est in ultima syllaba,  
 media dagges, ut **טָבוֹר** ludicum nono. De umbilico  
 terræ. Sic paritēs **הַגִּזְרֵי אֱלֹהִים הַגִּזְרֵי**  
**רְחוּם שְׂמֹל חֲלוּת בַּחֹר תְּפוּחַ** Et  
**חֲרוּץ** ubi reperitur pro patha camez in hac forma, ut  
 Isaiæ quadragesimo primo Ego posui te quasi plaustrum tri-  
 turans nouum.

Ⓐ **פֵּעוֹל** Accentus in Ain hapaal hoc est in ultima syllaba,  
 ut **צִנּוֹק** Ieremiæ uigesimo nono. Ut mittas eum in  
 neruum & in carcerem. Vbi uolumina quædam impressa  
 non recte habent **צַנֵּק** absq; iod & uau iuxta ueram ar-  
 tem grammaticam, quasi esset de sequenti regula. Sic  
**קִיטוֹר גִּיחוּז שִׁיחוּר שִׁלוּחַ** & sic de aliis

Ⓐ **פֵּעוֹל** Accentus in Ain hapaal hoc est in ultima syllaba,  
 ain dagges ut **צָפוֹר** psalmo undecimo. Transmigra in  
 montem sicut passer, ubi aduerbium sicut non est de textu.  
 Ita etiam **בְּבוֹר קָמוֹשׁ כִּיּוֹר גְּבוֹר צָבוֹר**  
**שְׂבוֹר** Et **יְסוֹר** id est Mussar hoc est disciplina,  
 quanquam aliter transferatur. Iob tricesimo nono. Nungd  
 qui contendit cum deo tam facile conuiescit, Hebraice sic,  
 Contendens cum omnipotente, disciplina.

Ⓒ **פֵּעוֹל** Accentus in ultima syllaba hoc est in Ain hapaal,

## LIBER PRIMVS

ut כיון Amos quinto. Et imaginem idolorum uestrorū

Et ibidem סבות Idolū, sic צבור קבוץ, sic בבור צבור

צחום גאות פגול חתול שקוץ חבוק

קשאו שכול גרות לפור

Ⓢ פועיל Accentus in ultima syllaba, ut אופיר Ge-

nesis decimo. Et Ophir & Heuila. Et אוביל Osee xi.

Et declinaui ad eum ut uelceretur &c.

Ⓢ פועל Accentus in ultima ut ארצר Nehemiae x.

in domo thesauri. Et גוזל Genesis xv. Turturem & co-

lūbā. Sic הולע שושן גורל עולם כוכב

חותם בובע שופר עולל שולל

Ⓢ שופר Quae etia in statu regiminis mutāt camez in patha, ut

Ⓢ תרועה Et quandoq; sic etiam fit in statu absoluto, ut

Ⓢ רוגג Micheae primo. Sicut caera a facie ignis. Reperi-

mus tamen eum locum in libris quibusdam tam impressis q̄

scriptis etiam per camez. Sed in quodam codice meo gram-

maticae castigato scribit per patha, & ita scribēdū esse tradūt

docti hebr̄eorū grāmatici. Sic Ezechiel. xxxiii. קובע lorica

& dypeo & galea armabunt cōtra te. Et אופו eiusdē cap.

primo. Apparnit rota una. Rabi Iuda scribit קובע Et

Ⓢ כובע utrunq; per camez.

Ⓢ פועל Accētus in ultia ut אולם iii. Reg. vi. Et porticus

erat ante tēplum. Hoc aut̄ nomē, ut tradūt grāmatici, neq; in

statu regim̄is neq; in statu absoluto aliter notat̄ q̄ in fine per

punctū camez, quīs imp̄ssi libri q̄nc̄q; habeāt patha, iiii. Reg. vii. Et porticū colūnarū. Sed orthographi h̄nt camez, p̄ter ea **עוגב** iuxta regulā p̄ camez. Gen. iiii. Ipse fuit pater canentiū cithara & organo. Si **יִקְשׁ מִתֵּר** Hęc forma q̄nc̄q; recipit patha, & nō mutat accētū, ut **סוּגַר** Ezech. xix. Et miserūt eū in caueā, imp̄ssi t̄n h̄nt camez & qdā iudg orū pnūciāt accētū in prima litera substantiali superponentes duas uirgulas, sic **בְּסוּגַר** & **יִבֵּל** Ieremiā xvii. & ad humorem mittet radices suas.

Ⓢ **פֶּעַל** Accētus in ul̄tīa ut **אֵבֶל** Exo. iiii. Et rubus nō combureret. Hebraice sic, Et rubus non combustus. Sic **לֶקַח** sed pro kibuz labiorum saepe ponitur vau iurek ut **יִדְרַר גּוֹמֵז**

Ⓢ **פֶּעוּל** Accētus in fine ut **סְבוּז**

Ⓢ **פֶּעִי** Accētus in prima, ut **וְהִי שְׁבִי נְהִי פְרִי בְלִי מְרִי קְרִי שְׁפִי**

Ⓢ **פֶּעִי** Accētus in ultima ut **לִי קְרִי קְצִי שְׁנִי**

Ⓢ **פֶּעִי** Excipitur **הַחֲצִי** paroxytonon.

Ⓢ **פֶּעִי** Accētus in ultima, ut **צִלִי קְלִי זְקִי עֲנִי** psalmo lxx. Ego uero egenus & pauper.

Ⓢ **פֶּעִי** Accētus in ultima, ut **גְרִי שְׁבִי פְרִי מְרִי בְלִי לְהִי** Michę v. In uirga percutiēt maxillā iudicis israel. Qñ aut̄ termināt sentētiā tūc mutāt seua in sægol, & accentum transferunt ut **לְהִי** iudicium xy. Qui cum uenisset ad locum Maxillæ.



פֵּעוּל Accentus in fine, ut אָוֹב Psalmo quinque  
 simo primo. Asperges me hyssopo. (Nam domine non est  
 de textu tam græco q̄ hebraico) Sic אָוֹר עִפּוּר si  
 militer עִירוֹם quod legitur quandoq̄ in antiqua scri  
 ptura sic עִירִים sine vau, ut Ezechielis decimo octauo.  
 Et nudum op. uit uestimento, quamuis impressi libri quidā  
 habeant cum vau. Expungitur tamen etiam vau eiusdem di  
 ctionis. Genesis tertio. Quia nudus essem. Et Deutero. uige  
 simo octauo. Nuditate & omni penuria. Quod & inuenitur  
 per camez & vau. Iob primo. Nudus egressus sum. Legi au  
 tem ego in libro emendato scholion & castigationem hanc.  
 absq̄ vau. Et Isaiæ uigesimo. Seruus meus Isaias nudus. Er  
 go quo ad vau literam hæc dictio ubiq̄ ancipiti modo scribi  
 tur, habet tamen semper accentum in ultima.

פֵּעוּל Accentus in ultima ut אָמוֹן Deutero. trigesi  
 mo secundo. Et infideles filii. Hebraice sic. Filii, non ueritas  
 seu fidelitas in eis. Similiter אָהוּר אָטוֹן אָבוֹם  
 אָסוּר אָוֹב & reliqua his similia.

פֵּעוּל Accentus in fine, ut שׁוֹגֵם quarto regum iiii.  
 Et transibat Elifaeus per Sunā ciuitatē. Sic אָוֹן & כָּסֵם

In paralipomenis. Sic חוֹרוֹן secūdu qd dicit פֵּעוּל  
 omnia accentu in ultima. Vos igitur cupidi hebraicorum  
 amatores ex præcedentibus colligite canonibus dictiones di  
 syllabas regulariter accentum habere omnes in ultima syllaba,  
 præter eas quæ per sægol terminatæ sunt paroxytonæ,  
 atq̄ eius uicarias commutationes. Nunc ad uocabula trisyl  
 laba pergenti mihi auscultate oro diligenter.

פֵּעוּל Accentus in ultima, ut בּוֹכְרוֹ unde Rabi

Iona putat pro **הַחַיּוֹ בַחַיּוֹ** dictū esse **הַחַיּוֹ וּבַחַיּוֹ**  
 Genesis primo. Inanis & uacua.

**פְּעוּלֵי יְהוּדִי** Zacharie viii.  
 Et apprehendent fimbriam uiri Iudæi. Et ut paucis canoni-  
 bus agamus, hoc animaduertere dignum est, omnia talia uo-  
 cabula in i definentia regularem accentum habere in ultima  
 etiam cum suo foeminino à se deriuato, ut **צֶעַד** Ruth. i.

Et dixit Noemí utrisq; nuribus eius. Et **חַרְשֵׁי** secūdo  
 Regum uigesimo quarto. In terrā inferiorem hodsi. Sic eius  
 de libri ca. xxiii. multa legunt similia, uidelicet hæc q̄ sequūt.

**עֲצָנֵי אֶחָתִי תַחֲכַמוּנֵי חַרְרֵי שְׁלִישֵׁי**

**אֶחָתִי אֶרֶץ מִצְרַיִם חַרוּחֵי חַלְדַּי פְּלִטֵי**

**תְּקוּעֵי עֲנָתוֹתֵי חֲשֵׁתֵי גְטוּפֹתֵי**

**פְּרַעַתְגֵי עֲרֵבְתֵי בְרַחֲמֵי שַׁעֲלֹבַי**

**אֶרְדֵי מַעֲכָתֵי גִילְגֵי פְרַמְלֵי אֶרְבֵי**

**עַמְצֵי בְאֶרְתֵי יְתֵרֵי חֲתֵי** Singula hæc gen-

tilia & patria nomina, cognomina, agnomina in allegato ca-  
 pitulo inueniuntur. Sic **עִבְרֵי** Ionæ primo. Hebræus

ego sum. Et **לֵוִי** Exodi secundo. Vir de domo leui. Oia

etiam numeralia ordinis ut **שְׁנֵי שְׁלִישֵׁי רְבִיעֵי**

**חֲמִישֵׁי שֵׁשִׁי שְׁבִיעֵי** quæ leguntur Genesis

capitulo primo. Sic & in aliis puncto seu prænotatis, ut

**עֲרִירֵי אֲדוּמֵי** Genesis decimo quinto. Ego uado

absq; liberis. Et Deutero, uigesimo tertio. Non abomina-



LIBER PRIMVS

beris Idumæũ. Sic פנימי & reliqua. Excipit פלאי  
 quod accentum habet in prima, propter sægol. Iudicum tre  
 decimo, quod est mirabile. Excipiuntur etiam nomina in Ai  
 Ei. Oi. Vi. diphthongos desinentia quæ habent accentum  
 in litera penultima, ut אחרי Jeremiæ tertio. Et post me  
 ingredi non cessabis, Sic ארצי שרי גחרי  
 מחרי Quando autem הי per synæresin pronunciat  
 atur, tunc accentus signat ad iod, & erit nomē ut Ecclesiastis  
 nono. Melior est canis uiuus. Cum uero per diacresin, tunc  
 notatur acceptus in heth, ut הי Genesis quadragesimo ter  
 tio, Pater noster adhuc uiuit. Sic הי Genesis quadragesi  
 mo secūdo. Per salutē Pharaonis, ubi ponit הי פרעה  
 quasi diceret uiuit Pharao. Et הי Jeremiæ uigesimo se  
 cundo. Væ domine & uæ indytle. Similiter desinentia in  
 vi diuisas syllabas ut בסורי בשורי utrobicq; accentu  
 in penultima, ut psalmo trigesimo. secūdo. Beati quorum  
 remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

Ⓢ בעלה Accentus in ultima syllaba, ut שפחה Ge  
 nesis decimo sexto. Sed habens ancillam ægyptiam nomine  
 Agar. Sic חטה Isaie uigesimo octauo. Et ponet triticū  
 per ordinem pro אמרה שמלה sic חגטה

שמחה שכנה בליה שבניה  
 Ⓢ פעלה Accentus in ultima, ut אהבה Canticorum  
 octauo. Quia fortis est ut mors dilectio. Similiter אחוה  
 פהלה שארה גערה רחצה אמצה  
 עלוה עולה שמלה שלוה בבשה

**שְׁלֵמָה** Quę si constuantur cum sequentibus in con-  
tinuitate tunc mutant he finale in thau & camez in padha, &  
hęc est consuetudo quorumcunq; fœmininorum nominū  
in he & camez desinentium. Et nihilominus remanet accen-  
tus. Sic contingit & in omnibus affixis & sequentibus, ut he  
mutetur in thau, & cadat accentus sicut infra patebit. Sic Ge-  
nefis decimo sexto. Ancilla Sarai. Et secundo Regum primo  
Super amorem mulierum. Et prouerbiorū uigesimo. Oīs  
sermo dei. Et ita de aliis. Nec ad hoc refert prima per hirek  
aut per segol, an alia uoce punctetur, ut **שְׂמֵחָה** Ecce  
fiastis septimo. Cor stultorum ubi lœticia. Sic per segol  
**הַלֵּקָה עֲרֵגָה עֲרִיחַ עֲרוּחַ חֲרֵפָה** omnia  
in statu regiminis mutantur he finale in thau

⊕ **פְּעֵלָה** Accētus in fine ut **חֲבֵמָה** Exodi trigesimo  
primo. Sapiētia & intelligentia & sciētia in omni opere. Sic  
**עֲצֵמָה עֲרֵמָה קֲרֵחָה חֲרֵבָה עֲרוּלָה**  
**שְׂפָכָה כְּתֵגָה מְשַׁחָה הַמְצָה** Sed in for-  
ma uerborum cum fuerit prima longa sequente seua po-  
nitur ad eandem, uirgula quantitatis, quę dicitur retinaculū  
& sic producitur longa, ut inferius patebit in secunda huius  
libri parte. Ita Threnorum primo. **יִשְׁבֵּה הֵייתָה**  
**מִצָּאָה** & sic de multis aliis.

⊕ **פְּעֵלָה** Accentus in ultima, ut **צִרְקָה** Deuterono-  
mi uigesimo quarto capit. Et habeas iusticiam coram dōmī  
no. Et **בִּרְבָּה** Zacharię octauo. Et eritis benedictio.  
Sic **קִעְרָה גְעֵרָה** & mutatur quandoq; seua prime  
syllabę in camez manetq; idē accētus in ultima **חֲרֵבָה**  
**סִעְרָה** & reliqua. d

LIBER PRIMVS

**פְּעֻלָּה** Accentus in ultima tamenſi patiatur retinaculum  
in prima, ut **לְהַבָּה** Numeri uigefimo primo. Flamma  
de oppido Seon. Et **בְּהִלָּה** Leuitici uigefimo ſexto. Vi  
ſitabo uos uelociter in egeſtate. Sic **צְהִמָּה צְהִמָּה**

& cætera.

⊕ **פְּעֻלָּה** Accentus in ultima ut **בְּחִמָּה** Deutero. de  
cimo quarto. Hoc eſt animal quod comedere debetis. Sic  
**אֲבָרָה גְרִלָּה אֲפִלָּה שְׂאֵלָה חֲשִׁבָּה**  
**גְּבִלָּה לְבִנָּה תֵאֲנֶה בְרִכָּה טְמָאָה**

& ſic de ſimilibus ſimilis formæ nominibus.

⊕ **פְּעֻלָּה** Accentus in ultima ut **לְבִנָּה** Genefis trigefi  
mo. Tollens ergo Iacob uirgas populæas, ubi finalis ſyllaba  
ſcribi debet per ſægol quamuis aliqui impreſſi libri habeant  
zere, ſed male. Nam iſta forma uocabulorum in ſtatu abſo  
luto ſemper in fine notatur puncto ſægol, ut Oſcæ quarto.  
Subtus quercum & populum, ſic **אֲשָׁה** in ſtatu abſoluto  
per ſægol. Exodi uigefimo nono. Odor ſuauiſſimus uicti  
mæ domini, ſed quando in ſtatu regiminis & contiguitate  
orationis legitur, tunc ſcribitur ultima per zere, ut Leuitici  
tertio. In oblatione ſuauiſſimi odoris domini. Nam in ſtatu  
abſoluto ſemper notatur per ſægol, Leuitici ſecundo. Nec  
quicquam frumenti ac mellis adolebitur in ſacrificio domi  
ni, ubi ponitur **אֲשָׁה** quod per incuriam obmiſimus in  
Rudimētis noſtris hebraicis circa uocabulum **אֵשׁ** Nam  
**אֲשָׁה** ſignificat oblationē de carnibus ad ſacerdotes per  
tinentibus. Quam Onkelus Chaldaeus corbona uocat. Oīa  
uero talia quoquo modo ſeruant accentum in ultima, ut  
**עֲלֵפָה** Ezechielis trigefimo primo. Omnia ligna agri ſu

per eo concussa sunt, sic **אפתה צחה** quæ in plura  
 li deponunt he, & accipiunt terminationem consuetam, ut  
**לבנים אשים על פים צחים** Et in statu re-  
 giminis **לבני על פי צחי אשי יהוה** ut  
 Leuitici secundo. Sanctum sanctorum de oblationibus dñi,  
 & sic de aliis.

Ⓢ **פעלה** Per dagges in medio, Accentus in ultima, ut  
**חטאה** Genesis uigesimo. Induxisti super me & super  
 regnum meum peccatum grande. Sic sunt hæc **בפרה**  
**יבשה בקשה בקרה פרשה חרבה**  
 & alia his similia.

Ⓢ **פעולה** Accētus in ultima, & ain dagges ut **חבורה**  
 Exodi uigesimo primo: Liorē pro liuore. Sic etiā sequētia.  
**בכורה בטורה קשובה בסורה**  
**מלואת שפלה גרופה מלואת** Sed  
**אבו** accentum habet in penultima. Exodi uigesimo octa  
 uo. Ponesq; in eo quatuor &c.

Ⓢ **פעולה** Accentus in ultima ut **תועבה** Deutero.  
 decimo septimo. Et abominatio facta est in Israel. Sic  
**שורקה סוחרה שובמה** & sic de aliis.

Ⓢ **פעולה** Accentus in ultima ut **עבורה** Threnorū  
 primo. Propter afflictionem & multitudinem seruitutis.  
**חגורה אגורה בשורה** & cætera.

Ⓢ **פעולה** Accentus in ultima ut **שניה** Isaia quin-

LIBER PRIMVS

quagesimo secundo. Captiua filia sion. Sic quoque

שְׂגִינָה נִגְזָה אֲכִלָּה תֹאנִיה  
 כְּלִימָה שְׂמִטָּה קָהֵלָה אֲחִיה עֲנִיה  
 עֲלִיה שְׂתִיה לְבִיא צִרְיָה צְבִיָּה  
 גְרִיָּה גְשִׁיָּה שְׂבִיָּה טְרִיָּה & si qua sunt alia.

Ⓢ פְּעֻלָּה Accentus in ultia ut צְפִיָּה עֲלִיָּה Thre  
 norum iiii. Cum respiceremus attenti ad gētem. Et Iosue xv.  
 Irriguum superius & irriguum inferius.

Ⓢ פְּעֻלָּה Accētus in ultima ut רִמְיָה Psal. lxxii. Nō  
 ne deo subiecta est aīa mea. Vel secūdu Hierony. Attū ad  
 deū silentium aīa mea. Vel secūdu hebraeos expectatio mea.

Ⓢ פְּעֻלָּה Accentus in ultima ut אֲרוּחָה Et pluraliter ὕ.  
 Pa. ralip. xxxii. Et praesepia omnium iu mentorum.

Ⓢ פְּעֻלָּה Accentus in ultima ut סִגְלָה Exodi xix. Eri  
 tis mihi in peculium de cunctis populis. Sic אֲגִרָּה  
 הַתְּלָה אֲלֵמָה הַמְּלָה רַבְלָה עֲגִלָּה  
 כְּבוֹרָה עֲבֹרָה & si qua sunt alia his similia.

Ⓢ פְּעֻלָּה Accētus in ultima ut בְּתוּלָה Geñ. xxiiii.  
 Virgo pulcherria. Et תְּשׁוּעָה i. Reg. xi. Cras erit uobis  
 salus. Et מְלוּכָה in codē cap. Innouemus ibi regnū. Sic  
 יְשׁוּעָה שְׂמוּעָה אֲרוּכָה גְמוּלָה  
 עֲוֹבָה גְבוּרָה יְצוּקָה חֲלוּשָׁה  
 גְחוּשָׁה גְרוּפָה

Ⓢ פְּעֻלָּה accētus in ain hapaal i. in penul. siue in media syllā.

ut **רבלת** Isaic̄ xxxviii. Tollerent massam de ficis. Et

**עטרת** primo Paralip. xc. Tulit aut̄ Dauid coronā. Sic

**גברת עקרת עשרת עצרת ברת**

**פחתת** Inuenitur tamen quandoq; media per zere. Et

seruat eundē accentū in penult. ut **תבלת** Exodi xxxv.

Hiacynthū & purputā. Et **שחלת** Exodi. xxx. Onychā

& Galbanū. Sic secundū canonem **אמהת שכנת**

**חברת** Sic etiā in zere cadit accētus, ut est **חמשת**

Sic in dissyllabis **ששת** & **אשת** & similibus.

Ⓢ **פעלת** Accentus in Ain hapaal hoc est in penultima ut

**ארת** Gen. xxv. In morē pellis hispidus. Sic **צפרת**

**רלקת יבשת שחפת שלטת**

**לחבת בחרת גחלת עורת יבלת**

Sic etiā cū pruna notat̄ per hirek ut **בגרת אגרת**

Numeri xxxiii. Inde peruenient contra orientem ad mare

Cinæreth, & hoc est quod apud Lucam inuenitur stagnum

Genesareth, & Syriace qua lingua usi sunt Galilæi apostoli

& euangelistæ Ginosar, Item Nehemiæ vi. & epistolam ha-

bebat in manu, & cætera.

Ⓢ **פעלת** Accentus in Ain hapaal .i. in media siue penul-

tima ut **שבלת** Iudicium duodecimo. Dic igitur Sibol-

leth. Et Isaic̄ uigelimo septimo. Ab alueo fluminis. Sic

**בקררת בהגרת**

Ⓢ **פעלת** Accentus in penult. ut **פרבת** Nume. iiii.

Et deponent uelum. Sic **בפררת בצרת**

LIBER PRIMVS

- Ⓢ **פעלת** Accentus in penultima ut **התמת** Genesis  
trigesimo octauo. Cognosce cuius sit annulus. Sic quoq;  
**יתרת עפרת כהרת** & similia.
- Ⓢ **פעלת** Accentus in penultima ut **קטרת** Leuitid  
xvi. Assumpto quoq; thuribulo de prunis. Sic **כהבת**  
**כתנת גחשת יבשת שכבת יבלת**
- Ⓢ **פעלת** Accentus in penultima ut **בסמת** Exodi  
nono. Triticum aut & far non sunt læsa & liqua sunt alia.
- Ⓢ **פעלות** Accētus in ultima ut **מלכות** psalmo qua  
dragesimo quinto. Regnū omniū scātorū. Et **גבהות**  
Isaia secūdo. Oculi sublimitatis hominis. Sic **שהרות**  
**ילרות מרות פחות אלמות**
- Ⓢ **היות הייות** Similiter si prima notatur per syrek  
trium punctorum, ut **זלות זללות** Et pariter si pri  
ma notetur per hirek ut **רפאות סבלות**
- שפלות עקשות** Similiter & si definant in oth, ut  
**אשפות** psalmo Cxiii. de stercore erigens pauperem  
Sic **אחות המות** &c.
- Ⓢ **פעלות** Accentus in ultima, ut **אילות** psalmo  
uigesimo secundo. Ne elongaueris auxilium tuum a me. Sic  
**פתיות** & reliqua.
- Ⓢ **פעילות** Accentus in ultima ut **ידירות** Ieremie  
duodecimo. Dedi dilectam animā meā. Sic **שרירות**  
**בסילות צמיתות כרירות פקירות**

טעם  
**בְּרִיתוֹת חֲרִיתוֹת עֲלִיצוֹת בְּלִימוֹת**

Etiam si habeat zere in penultima, ut **בְּבִרוֹת** Exodi  
 xiiii. Ferbantur in profundū. Et quandoq; duplicantur isti  
 us formæ uocabula & manet idem accentus in ultima, ut

**חֲבִילוֹת קוֹבֵמִיּוֹת** Leuitici uigesimo sexto.

Vt incederetis erecte.

Ⓢ **פְּעֻלִית** Accentus in ultima ut **פְּרִיָה** Genesis xix  
 Sulphur & ignem à domino de cælo. Sic **תְּבִרִית** Et

<sup>1</sup> עֵשׂוֹ 28

pro integro **גְּזִיָה** legitur defectiuum suum **גְּזִיָה** &

pro integro **בְּרִיָה** legitur defectiuum **בְּרִיָה** Ma  
 lachiae iii. Et quasi herba fullonū, quod debet scribi sine uau  
 quanquam cum uau sit impressum.

Ⓢ **פְּעֻלִית** Accentus in ultima ut **אַחֲרִית** Prouerbi  
 orum uigesimo tertio. Quia habebis spem in nouissimo.

Sic **תְּהִיָה** & similia. Pari modo accentum seruant q̄

primam per hirek pronunciant, ut **הִיָה** cuius integrū

siue perfectū est **הִתְהִיָה** Consimiliter quorum prima

notatur per seua, & secunda per zere, ut **שְׂאֲרִית** secū

do Regum decimo quarto. Et reliquæ super terrā. Sic pro

nunciatur & **רֵאשִׁית** Prouerbiorum primo. Timor

domini principiu sapiētū. Pariter enunciatur **צְפִיחִית**

Exodi decimo sexto. Quasi simile cum melle, sic prima per se

ua ut **חֲמִישִׁית** Et pariter de omnibus numeris ordi

nalibus foeminini generis, de quibus in Rudimentis nostris

scripsi facē. 367. ut ii. Paralipom. xii. Anno autem quinto re

gni Roboam.





LIBER PRIMVS

- Ⓢ פעלה Accentus in media hoc est in penul. ut אלהת  
 prouerbiorum xiiii. Impatiens operabitur stultitiam:
- Ⓢ פעלה Accentus in ultima ut מחרת Leuitici vii.  
 Si quid in crastinum remanserit
- Ⓢ פעלם Accentus in ultima ut פתאם Numeri duo  
 decimo. Statim loquutus est. Sic פרום שלשום  
 Sicutiam מתם cuius defectiui perfectus est מתיום  
 & caetera.
- Ⓢ פעלם Accentus in ultima ut סלעם Leuitici unde  
 cimo. Et Athacus atq; ophimachus. Sic אמצם יומם  
 רומם & sic de aliis similibus.
- Ⓢ פעלוו Accentus in ultima ut סלוו Ezechielis uige  
 simo octauo. Et non erit ultra domus Israel offendiculū, pro  
 סלוו Et sub ea forma comprehenduntur non solum  
 quorum initia per hirek notantur, uerū etiā per sae gol, aut  
 patha, ut שמעו שלטו זכרו צקלוו  
 פעמו אחרו יתרו הסרוו עליו  
 עביו השבו ראשוו הצצו הרבו  
 ארמו רמוו חלוו Ultima duo uidentur esse  
 uocabula imperfecta, sicut & סלוו
- Ⓢ פעלוו Accentus in ultima ut כבשוו Genesis decimo  
 nono. Quasi fumum fornacis. Sic פשוו חרצו  
 אלוו אברו קניו בגיו רעו מגרוו
- Ⓢ פעלוו Accentus in ultima ut קרבו Leuitici primo.

Hostiam domino. Eiuscemodi nomina reperiuntur in principio nō solū per hattephcamez, sed etiam per kibuz seu syrek, ut קרבן. Similiter & שלחו illorum ultimæ syllabæ quandoq; pronunciantur per patha, quandoq; per camez, ut ררבן primo Reg. xiii. Ad stimulū corrigēdū.

⊕ פעלוו Accentus in ultima ut רעבוו psalmo xxxvii.

Et in diebus famis saturabuntur. Sic כסלוו לבנוו

פרווי & cætera his similia.

⊕ פעלוו per dagges, accentus in ultima, ut זפרווי Za-

chariæ vi. Memoriale in tēplo domini. Sic בצרווי Eius-

dem nono. Conuertimini ad munitionem. Et גליוו

קצמוו ערוו שפרוו צמאוו תמחוו

Et si mediā litera substantialis fuerit Res, quandoquidem ea dagges nō recipit, saltem pro hirek in prima zere accipit, &

manet idem accentus in ultima, ut רבאוו ירקוו

הרוו Habet & qñq; patha in principio ut שבתוו

Leuitici uigesimo tertio. Sabbathum requiectionis est. Sic

צורוו אילוו & reliqua.

⊕ פעלוו Media daggefata, & accentus in ultima, ut

קלשוו primo Regum tredecim. Acies uomerū ligo-

num & tridentū. Sicut שבתוו קמשוו

⊕ פעלוו Accentus in ultima ut אברוו Prouerbio-

rū xv. Infernus & peditio corā dño, qd etiā nun literā ultimā

mutat in he, ut eiusdē libri capite xxvii. Infernus & perditio

nunq̄ replentur. Sic מצרוו אברוו

LIBER PRIMVS

- ⊕ פעילח Accentus in ultima, ut ישימו Deutero  
nomii trigesimo secundo. In loco horrois & uastæ solitudi  
nis. Sic שפיון אמינו
- ⊕ פעלו Accentus in ultima, ut צרו Deutero. xix. Se  
curis fugerit manu.
- ⊕ פעליוו Accentus in ultima ut דקיוו Ionæ iii. Et  
preparauit uominus deus hederam, de qua uide in Rudimē  
tis nostris.
- ⊕ מעלהו Accentus in ultima ut עקלתוו Isaia uig  
gesimo septimo. Serpentem tortuosum.
- ⊕ פעלצית Accentus in ultima ut אחרצית Gene  
sis nono. Et incedentes retrorsum, & infra, Faciesq; eorum  
auerſæ erāt. Similiter קררצית Malachia tertio. Et  
quia ambulauimus tristes.
- ⊕ פעיל Accentus in fine ut צויר Numeri sexto. Hæc  
est lex Nazaræi. Sic etiam חריש קציר ככל חריש  
קציר בציר צריש שמיר שלישי  
שביר צריב פתיל סריס אביר דודי  
Et in statu regimini mutāt camez in seua uel patha seua hoc  
est hatteph patha, ut לאביר psalmo centesimo trigesi  
mo secundo. Votum uouit deo iacob. Semper tamen ac  
centu seruato in ultima.
- ⊕ פעיל Accentus in ultima ut בסיל Ecclesiast. secun  
do. Non enim erit memoria sapiētis & stulti. Sic מחיר  
איל ירד בליל עיל שחיו רציו

גְּבִירַת חֶסֶד כְּפִיר רִבִּיר & cetera his similia.

כ פִּעִיל daggeffatum cum accentu in ultima ut בְּשִׁיל

psalmo septuagesimo quarto. In securi & ascia. Et ita reperit in libris orthographis per patha, quamuis impressi quidam habeant camez. Et צְרִיק Genesis sexto. Nohe uir iustus

Sic אֲבִיר אֲמִיץ אֲדִיר פִּטִּישׁ

חִיּוּט שְׁלִיט לְפִיד סְפִיר טְגִיא

סְרִיס non daggeffatur propter literam Res, & habet ca

mez retento accentu regulari. Similiter עֲרִיץ

כ פִּעִיל Accensus in ultima ut פִּרְחָה Job trigesimo.

Ad dexteram orientis calamitates meae illico surrexerunt.

Ego plane in hoc libro & quādoq; in aliis trālationes negli

go, dummodo loci pateant bibliæ ubi uocabula inueniant.

Sane inepta hæc est paraphrasis. Cæterum reperitur & in ea

forma in principio patha, & seruat eundem accentum in ul

tima, ut טָאָנוּ Job duodecimo. Lampas cōtēpta apud

cogitationes diuitem. Sic רַעְנוּ & similia.

כ פִּעִיל Accensus in ultima ut זַאֲפוּת Osee secū

do. Et adulteria sua de medio uberum suorum. Sic

גְּבִירַת שְׁבִילָה

כ פִּעִיל Accensus in ultima ut חֲבָקוּק Habacuk

primo capitulo. Onus quod uidit Habacuk.

כ פִּעִיל Accensus in ultima ut נִיחֹחַ Leuitici i.

Suauem odorē domino. Sic נִיצוּץ & similia. Vbi iod

est litera substantialis media, quod nota diligenter quoniam

in rudimentis obmissimus.

## LIBER

## PRIMVS

- Ⓢ פְּעִילִי Accentus in ultima, ut בעִילִי Psalmo xii.  
probatum terræ. Sic etiā סִגְרִיר הַבְּלִיל & similia.
- Ⓢ פְּעִפּוֹל Accentus in ultima ut בְּקִבּוֹק Ieremiæ  
xix. Vade & accipe lagunculā. Sic בְּחֶרְחֹר & similia.
- Ⓢ פְּעַפֵּל Accentus in ultima ut קִלְקֵל Numeri xxi.  
Super abo isto leuissimo.
- Ⓢ פְּעַמֵּל Accentus in ultima, ut גֵּלֵּל Psalmo lxxxiii.  
Pone eos ut rotam. Vbi ultima scribitur per patha, licet sæ-  
pe aliās reperiat per camez, ut psal. lxxvii. Vox תוֹוִיתְרִי  
tui in rota. Sic חֶרְחֵל רִרְרָה תִתְהַת עֵפְעָה &  
& cætera.
- Ⓢ פְּעַפֵּל Accentus in ultima ut בְּרִכָּב Exodi xxvii.  
Quos pones subter arulam altaris. Sic בְּרִכָּס Cantico.  
quarto. Nardus & crocus, & similia.
- Ⓢ פְּעַפֵּל Accentus in ultima ut קִרְקִר Deuter. xxxiii.  
Et super uerticem Nazareth, & si qua sint alia.
- Ⓢ פְּעַפֵּל Accentus in ultima ut צִלְצֵל Iob xl. Et gur-  
gustium piscium.
- Ⓢ פְּעַפִּיל Accentus in ultima ut וְרוּיָה Psal. lxxii.  
Stillicidia stillantia super terram
- Ⓢ פְּעַפְעֵל Accentus in ultima ut צִלְצֵל Deute. xxviii  
Ruribigo consumet.
- Ⓢ פְּעַפֵּלֶת Accentus in penult. ut צִנְצִנָּה Exo. xvi.  
Sume uas unum. Sic קִשְׁקִשֶׁת & cætera.

- Ⓢ **פעלע** Accentus in ultima ut **בניו** Ezechielis xl. Et  
mētus est latitudinem ædificii calamo uno. Sic etiam hæc no  
mina **קניו עניו**
- Ⓢ **פעלוליה** Accentus in ultima ut **שערוריה**  
Osee sexto. In domo domini uidi horrendum.
- Ⓢ **פעלולית** Accētus in ultima ut **שערורית** Ie  
re miæ xviii. Quis audiuit talia horrida.
- Ⓢ **פעלעל** Accentus in ultima **ירקרק** Leuiti. xiii.  
Si alba uel rufa macula fuerit infecta. Non autem semper in  
patha finitur, sed quandoq; in camez ut **ארמדם** In eo  
dem quo supra loco. Vnde **ארמרמת** accentu in pe  
nultima, sic **הפכפר עקלקל חלקלק**
- Ⓢ **פעלעול** Accentus in ultima siue per vsurek ea sit nota  
ta seu p holē, ut **האספסות** Numeri xi. Vulgus  
quippe promiscuum, Sic per holem ut **פתלתל**  
**שתרהר פקתקות** & si qua sint reliqua
- Ⓢ **פעלעול** Accentus in penultima ut **יפהי** cuius  
foemininū legi Ieremiæ xlvii. Vitula elegās atq; formosa.
- Ⓢ Sequunt nunc uocabula quibus addit aliqd in principio, qm̄  
sunt quædā quæ abūdant & quædā q̄ deficiunt, ut in tertio li  
bro Rudimentorū hebraicorū scripsimus, iccirco de aliquibus  
eorū aliqua dicamus oportet, ut discipulis ingrendi materiā  
p̄beamus, quo ipsi seiplos existis aliqd de suo studio nouū  
inuenisse gaudeant & laboris sui mereantur laudem.
- Ⓢ **במעיל** Accentus in ultima ut **משבים** Osee xiii.  
Sicut ros matutinus præteriens,

LIBER PRIMVS

- Ⓢ **מִפְעֹל** Accentus in ultima ut **מִשְׁקָל** Ezræ octa-  
uo. Pondus argenti, etiam si per patha in ultima scribatur.
- Ⓢ **מִפְעֹל** Accentus in ultima ut **Leuitici** uel **secun-**  
**do.** Quia corrupta.
- Ⓢ **מִפְעֹל** Accentus in ultima ut **מֵהֵמָּה** Osee nono  
Desyderabilis argentum eorum.
- Ⓢ **מִפְעֹל** Accentus in ultima ut **מִקָּל** Jeremie quæ  
dragesimo octauesimo. Baculus gloriosus. Etiam si per patha scri-  
batur ultima ut **מִזְרַח מִזְבֵּחַ** Sic accentus in zere  
**מִזְרַח מִפְתַּח** & sic de aliis.
- Ⓢ **מִפְעֹל** Accentus in ultima ut **מִמְלָא** primo para-  
lip. xii. Quando inundare consueuit super ripas suas.
- Ⓢ **מִפְעֹלוֹ** Accentus in ultima ut **מִסְרָרוֹ** Iudicium  
iii. Aioth per posticum egressus est.
- Ⓢ **מִפְעֹלוֹת** Accentus in ultima ut **מִסְכְּנוֹת** Deu-  
tero. viii. Vbi absq; ulla penuria comedas panem tuum.
- Ⓢ **מִפְעֹל** Accentus in ultima ut **מִזְמוֹר** Psalmo iii.  
in titulo suo psalmus Dauid.
- Ⓢ **מִפְעֹל** Accentus in ultima ut **מִזְעֹר** Canticoꝝ  
quinto. Pessulum ostii.
- Ⓢ **מִפְעֹלָהּ** Accentus in ultima ut **מֵהֶפְכָּהּ** Deute,  
xxix. In exemplum subuersionis Sodomæ.
- Ⓢ **מִפְעֹלָהּ** Accētus in ultima, siue saegol seu patha uel hi  
rek prima notetur, & si ue penultima per patha uel per ca-  
mez scribatur ut **מִמְלַכָּהּ** primo Regum xxviii. Et  
scindet regnum de manu tua.

⊕ **מפעלה** Accentus in Ain hapaal id est in penultima ,  
ut **משקלה** quarto Regum uigefimo primo. Et pon  
dus domus iacob.

⊕ **מפעלה** Accentus in penultima siue fuerit hirek siue  
patha in principio ut **מאבלה** Gen. xxii. Portabat in  
manibus ignem & gladium.

⊕ **תעלומה** - Accentus in ultima Iob uigefimo octauo.  
Et abscondita produxit in lucem, ubi lamed scribitur per ki  
buz in quibusdam, absq; uau surek, cuius canon siue regula  
est **תפעולה** ⊕ **תפעלה** Et alia  
q̄cūq; desinunt in thau cum saegol finali terminatione, omnia  
seruant accentum in penultima ut **תפארתה** Psalmo  
lxxxix. Quoniam gloria uirtutis eorum tu es.

⊕ **תפעלה** Accentus in ultima ut **תרהימה** Genesis  
secundo. Immisitq; dominus deus soporem in Adam. Simi  
liter omnia alia nomina eiusdem formæ quæ habent he lite  
ram aspirationis lenis notam in ultima cum puncto camez  
quacunq; uoce aut sono præcedente. Sic **תשבהה** &  
**תגהומה** & **תהנונה** & sic de aliis. Horum de  
riuatorum multæ sunt formæ a thau litera incipientium, sed  
in accentibus omnia imitantur formas similes suorum primi  
tiuorum, quare ne in tedium mea uertatur doctrina exem  
plorum multitudinem refecandã esse duxero. ⊕ Haud ali  
ter de dictionibus à nun incipientibus sentiendum est, ut  
**גמעול** Accentu in ultima sicut **גמרוד** Genesis  
decimo. Quasi Nemrod robustus uenator. Et sic de aliis de  
riuariuis aut primitiuis à nun incipientibus nominibus quæ



LIBER PRIMVS

- instar terminationis formarū superius positarū uocē eleuāt.
- † **יַפְעַל** ut **יִצְחָק** Genesis trigesimo quinto. Ishac & Ismael filii sui. Et sic de aliis omnibus ab i heemanthi incipientibus ut **יַפְעַל** Accentu in ultima, ueluti **יַעֲזֹבֵן** Isaiæ xvi. Plorabo in fletu lazer. Ita de Aleph ut **אֲפַעֵל** Accentus in ultima ut **אֲצַבֵּעַ** Exodi viii. Digitus dei hic.
- † **אֲפַעֵל** Accentus in ultima ut **אֲגַרְוֹתָ** Exodi xxi. Percusserit alter proximum suum lapide uel pugno. Sic **אֲזַרְוֵעַ** Ieremiæ trigesimo secundo. In brachio extento. Et **אֲזַרְוֹתָ** etiam alia his similia.
- ⊕ **אֲפַעֵל** Accentus in ultima ut **אֲבַגְוֹתָ** quod non uariatur tam constructione quā declinatione, & est nomen primitiuum quatuor literarum. Exodi xix. Cingitque eos baltheo.
- ⊕ **אֲפַעֵל** Accentus in ultima ut **אֲכַזְבֵּן** Micheæ primo. Domus pulueris, siue eius ciuitatis sic dictæ. Reperitur & sine aleph. Alterū exemplum **אֲתִיקָ** Ezechielis quodragesimo secundo. Columna ex aduerso columniæ. Quod nos legimus porticus iuncta porticui triplici. Et uerius dicit peristylum confirmans murum. Hęc de augmento **פַּעַל** quocumque modo uocabula crescant & augeantur siue in fine seu in principio, aut etiā in medio per iod uel uau dicta sufficiant. Facile namque studiosi reperient de superioribus accentuum uera loca si cuncta superius scripta secundum analogiam dimetiantur. Aliqua uero etiam quæ deficiunt non prorsus obmittam quæ sequuntur hoc modo.
- ⊕ **מַעַל** Siue litera uau designat. O. siue. V. accentum habet in ultima ut **מַבּוֹל** Genesis septimo. Factumque est diluuium. Sic **מַבּוֹתָ** **מַבּוֹתָ**

c **מעל** Accentus in ultima, & huius formæ uocabula cum  
 stant absolute tenent camez in ultima. Sed in statu constructi-  
 onis & in consequentia orationis scribuntur per patha, ut  
**מפל** Amos octauo. Et quisquillas frumenti uendamus.  
 Sic **מִתָּן מִבֵּט מִסַּע מִפַּח מִפֵּץ מִצֵּב**  
 Recipiunt autem ut dixi sæpe patha loco camez, & eundem  
 similiter seruant accentum in ultima ut **לִּמְסַע** Deuter.  
 decimo. Vade & præcede populum. Mutaturq; patha fina  
 le quandoq; in zere, & eundem seruat accentum ut **מִפֵּץ**  
 id est collisor. Jeremię quinquagesimo primo. Collidis tu mi  
 hi uasa belli. Et ab iis deriuata nomina in he desinentia more  
 fœmininorum etiam seruant accentum in ultima siue camez  
 habeant seu zere in penultima.

c **מועל** Accētus in ultima, siue uau litera fuerit. O. siue. V.  
 & in statu absoluto habet in fine camez. In statu autem regi-  
 minis patha ut **מוֹשֵׁב** Psalmo primo. In cathedra pesti-  
 lentia. Exciipiuntur affixa quæ faciunt retineri camez, ut  
**מוֹשְׁבִים** Genesis decimo. Et facta est habitatio eorum.  
 Præterea pluraliter forma ista in statu absoluto retinet ca-  
 mez ut **מוֹשְׁבִים** Sed in statu regimīs illud camez mu-  
 tatur in seua, ut **מוֹשְׁבֵי הָאָרֶץ** Nisi ueniat ab alia  
 forma q̄ habeat in fine zere, ut **מוֹרֵב** sicut **מוֹרֵר**  
 Nam talia etiam in regimine seruant pluraliter camez, ut  
**מוֹרְשֵׁי** Iob xvii. Torquentes cor meum. Sic desinentia  
 in Aleph ut **מוֹרָא מוֹצָא** quæ seruāt camez in plu-  
 rali cū accentu in camez ut **מוֹרְאֵי מוֹצְאֵי** ut psal-  
 f

## LIBER PRIMVS

mo sexagesimo quinto. Exitus matutini. Et sic de aliis.

- ⊕ **פַּעַל** Accentus in fine, ut **מֵיטֵב מִיִּשְׂרָאֵל** quæ in consequentia lectionis uel statu regiminis ultimam notant per patha ubi seruant etiam accentum, ut primo Regum xv. Optimis gregibus ouiuū, & pluraliter seruant camez, ut Cantorum primo. Recti diligunt te.
- ⊕ **פִּיל** Tanquam diphthongus. Ai. accentum habent in ultima monosyllabice, ut **בֵּית תֵּיל עֵיר עֵז יִזְוֹ שֵׁית וַיֵּת בִּיר** Et in statu regiminis obmutescit iod, qd̄ est Ain hapaal, & pronunciai per zere cū eodē accentu ut **יִזְוֹ** Osee decimo quarto. Memoriale eius sicut uinum libani. Et per patha, psalmo sexagesimo. Potasti nos uino compunctionis.
- ⊕ **מִפְעִית** Accentus in ultima, ut **מִשְׁכַּת** Leuitici uigesimo sexto. Nec in signem lapidem ponetis in terra uestra, & sic de aliis eiusdem formæ.
- ⊕ **פְּעִי** Accentus in penultima ut **קִשִּׁי הָרִי רָמִי הָלִי צָרִי** Ezechielis uigesimo septimo. Mel & oleum & resinam. Sed quando holem in statu regiminis mutatur in camez seuā, uel seuā tantum, tunc accentus cadit in ultimā ut **הָלִי** Deutero. uigesimo octauo. Insuper & uniuersos languores & plagas. Sic **רָמִי** Psalmo lxxxiii. Deus quis similis tibi. Licet hic accentus non scribatur propter monosyllabum, enditicum quod sequitur.
- ⊕ **עֲלָה** Accentus in ultima ut **צֵאתָ שָׁנָה רְעָה** etiam si in contiguitate mutetur he in thau, & camez in patha, ut psalmo centesimo trigesimo secundo. Si dederō so-

num oculis meis. Sic רַעַת Sed רַעַת habet accentum in prima. Sicut שַׁחַת גַּחַת & similia.

⊕ פִּילּוֹן Accentus in ultima, ut פִּישׁוֹן גִּיהוֹן Ge-  
nesis secundo. Sic etiam קִיצוֹן תִּיבוֹן  
& caetera.

⊕ פִּלוֹן Accentu in ultima ut שִׁשׁוֹן עוֹוֹן ut psal-  
mo quinquagesimo primo. Audiuī meo dabis gaudium &  
lēticiam. Sic רַצוֹן אִמּוֹן Prouerbiorum octauo. Cum  
eo eram cuncta componens. Videte totam interpretationē  
hanc & ridebitis. Et in statu regiminis mutant camez in feua  
ut in Abdia זְרוֹן לִבְךָ Superbia cordis tui.

⊕ פִּלוֹת Accentu in ultima ut עֲרוֹת Exodi xxv. Qui  
erunt super arcam testimonii. Sic גְּרוֹת & similia.

⊕ פִּלַּת Accentus in prima ut בַּשַּׁת psalmo quadrage-  
simo quarto. Confusio faciei mea. Sic גַּפַּת Canticorū  
quarto. Fauus distillans.

⊕ מִפְּעָה Vbi he litera est substantialis, & habet accentū  
in ultima ut מִקְנָה Genesis tredecimo. Erat autem di-  
ues ualde in possessione auri & argenti. Sic מִבְּנָה

מִשְׁנָה Et si pe hapaal hoc est substantialis  
litera prior, fuerit litera gutturalis. אֲחֵהֶֿךָ tunc mem-  
praecedens notatur per patha ut מִעֲנָה מִעֲרָה

מִחֲסָה מִעֲשָׂה מִחֲנָה מִרְאָה מִרְבָּה  
Inuenitur etiam hęc forma per patha quandoq; cum non fu-

## LIBER PRIMVS

erit litera gutturalis, ut **מְשַׁקָּה** ea omnia in statu absoluto per **saegol** in fine notanda. Sed in statu regiminis per **zere**, semper seruato accentu in ultima, ut Genesim uigesimo sexto. Possessories ouium & armentorum. Et Numeri secundo. Castra Iudae. Vidi autem hunc locum Ecclesiasticis tertio, ubi legitur à nostris. Idcirco unus interitus est hominis & iumentorum & aequalis utriusque conditio. Quod uerbum è uerbis sic legi deberet, quia accidens seu euentus filiorum hominis & accidens iumentis, et quidem accidens unum eis, sibi ter ponitur **מִקְרָה** & in impressis prima duo punctantur in ultima per **zere** secundum regulam superioris datam quia inueniuntur in statu regiminis. Tertium autem **מִקְרָה** punctatur per **saegol**, quia est in statu absoluto. Sed in antiquis uoluminibus scriptis & grammaticè castigatis tria haec simul per **saegol** in fine punctantur, & ita quod solitus erat legere Rabi Ioseph Kimhi ualde literatus praeceptor & pater duorum insignium grammaticorum Dauidis & Moyse Kimhi, dicebat enim quod horum trium singula ponerentur in statu absoluto ut esset appositiva constructio, quasi unus & idem esset casus & euentus scilicet homo & iumentum, ita quod haec duo non reputarentur in genitio dici, & punctatur cum affixis, sic **מִקְרָה מִקְרָה מִקְרָה**. Et hic nota quod semper **אֲרֵבָה** scribitur per **saegol** in fine. Et semper **הֲרֵבָה** per **zere** in ultima cum accentu utrobique in fine.

Accentus in prima ut **מֵעַל** & retinet accētum in maiori, etiā per cōpositionē ut **מֵעַל** & **מֵעַלָּה** & **מֵעַלָּה** id est supne uel supra, uel sursum & desursum. Sic inferius inferne uel desubter dicitur **מֵתָּה** & ab eo

מִלְמַטָּה Et nota hic mem per patha notari, non ob-  
stante illo q̄p accentus cadit in primam, nam alias subscribitur  
camez, ut לִמָּחָה שְׂמָחָה יָמָה & similiter לִלְחָה  
accētus in prima, quæ & notatur per patha, quod est memo-  
ratu dignum.

Ⓒ פֶּעוּן Accentus in ultima ut שְׁבוּן Exo. uigesimo octa.  
In tertio Ligurius Achates scilicet lapis quē Turcis noīant,  
Sic תָּאוּ qui ferus est bos, à prisca Alce dictus, pro quo  
nos interpretatum inuenimus Orygem. Deuteronomii de-  
cimo quarto. Orygon. Camelopardalim. Et רִינִי Ieremiae  
trigesimo sexto. Et ego scribebam in uolumine atramento,  
Et pluraliter dici posset interposito aleph שְׁבוּאִים  
תָּאוּאִים שְׁבוּאָרְךָ תָּאוּאָרְךָ רִיּוּאָרְךָ  
Vel posset sic quoq̄ dici שְׁבוּיִים תָּאוּיִים  
רִיּוּיִים:

Ⓒ פֶּעוּהָ Accentus in ultima ut הוּוּהָ id est prouisio, q̄d  
nos pactum legimus. Isaiaē uigesimo octauo. Et cum inferno  
fecimus pactum. Sic יוּרָה שׁוּאָה רִוָּה Sic etiā  
מִשָּׁה & similia. Habent autem etiam accentum hęc for-  
mæ in ultima פֶּעוּת פֶּעוּהָ פֶּעוּהָ ut שְׁנָה Ge-  
nesis uigesimo sexto. Et inuenit in ipso anno centuplum, Sic  
מָאָה secundo Paralip. trigesimo sexto. Et condemnauit  
terram centum talentis argenti, Sic אָהוּת Canticorum  
octauo, Soror nostra parua.



LIBER PRIMVS

- Ⓢ פעה Accentus in prima ut בכה id est fletus. Ezrae decimo. Et fleuit populus multo fletu. חנה .i. sermo conceptus. Iob trigesimo septimo. Et sonum de ore illius procedentem. Et פסה coopertam. Psalmo lxxvi. In Neomenia tuba, in cooperto die solennitatis nostrae. Sic גרה קנה & alia his similia.
- Ⓢ פעה Accentus in ultima, ut גאה Superbus. Isaiae secundo. Dies domini exercituum super omnem superbum & excelsum. Sic רעה secundo Regum sedecimo. Hufai Arakites amicus David. Et אבה Iob nono. Naues poma portantes, & alia quae sic iunguntur affixis רעי רעו רער בסי בסו בסר בכים גאים גרים בסים רעים אבנים גאיו בסיו רעיהם Et quanquam inuenitur רעיו רעיד, tamen alias usitatum est רעיהם prima per seua. Sicut etiā בסיהם אביהם & caetera.
- Ⓢ פעת Accentus in prima ut שקת id est cannalis, ex qua potantur pecudes & pecora. Genesis uigesimo quarto. Effundensq; hydriam in cannalibus. Sic קבת & similia.
- Ⓢ פעת Accentus in prima ut צפת Paralipo. tertio. Porro capita eorum quinq; cubitorum. Sic שקת Genesis trigesimo. Posuiterq; eas in cannalibus ubi effundebatur aqua.
- Ⓢ פעא Accentus in prima ut פלא Exodi decimo quinto. Faciens mirabilia. Sic בלא id est carcer. Isaiae quadragesimo secundo. De domo carceris. Et ita quoque

גבא רשא טגא & reliqua.

- ⊕ מפל Accentus in prima ut משק Genesis decimo quinto. Et filius procuratoris domus meae. Sic ממה  
 ⊕ מבס In aliis secundum analogiam formarum anteriorū accentus quærite.

## SEQVUNTUR NOMINA

Numeralia.

- ⊕ אחר Accentus in ultima unde quæq; ut חר אחר Genesis primo. Dies unus.  
 ⊕ אהת אהת Tanquam unica syllaba diphthongata. Accentus in nun litera. Exo. uigesimo secūdo. Duplū restituet. Sic etiā שתים שנים שתים שנים שתי שתי  
 ⊕ שלשה Accētus in ultima. Isaiæ decimo septimo. Quatuor aut quinq;. Excipitur שלשת quod habet accentum in lamed, hoc est in media syllaba, reliqua quouis modo iuxta regulam, ut שלש שלישי שלישיית  
 ⊕ ארבעה In genere masculino, & ארבע in genere foeminino, utrunq; per accentum in ultima ut in supra citato Isaiæ loco Isaiæ decimo septimo. Sed in regimine mutando he in thau scribitur ubiq; patha, & tunc habet accētum in penultima, ut ארבעה Ezechielis quadragesimo. sexto. Per quatuor angulos. atriū. Foemininum autem ארבע legi Exo. uigesimo secundo. Et quatuor oves pro una ove.  
 ⊕ המשח In masculino, & המשח in foeminino, in utroq; accentus in ultima, ut citato in loco Exodi xxii.





## LIBER PRIMVS

- ⊕ **שֵׁשׁ** Accentus in ultima ut Exodi uigesimo quinto. Sex calami egredientur de lateribus. Sic **שֵׁשׁ** Proverbiorum sexto. Sex sunt quæ odit dominus. Sed **שֵׁשׁ** in regimine accentum habet in penultima, ut Exodi decimo sexto, Sex diebus colligite.
- ⊕ **שִׁבְעָה & שִׁבְעָה** Accentus in ultima, Leuitici uigesimo tertio. Septem agnos immaculatos anniculos. Et Ezechielis quadagesimo. Et gradibus septem ascendebatur ad eam. Sed **שִׁבְעָה** habet accentum in penultima ut in eodem. Numerabitis ergo ab altero die sabbathi in quo obtulistis manipulum primitiarum septem hebdomadas.
- ⊕ **שִׁמְנָה** In masculino per camez, & in fœminino per segol finale. Accentus in ultima ut Ezechielis quadagesimo. Et octo gradus erant quibus ascendebatur ad eam. Similiter nomen ordinale atq; proportionale.
- ⊕ **תִּשְׁעָה** In masculino, accentus in ultima, & **תִּשְׁעָה** in fœminino genere, accentus in penultima. Primum legitur secundo Regum uigesimo quarto. Affuerunt post nouem menses & xx. dies in Ierusalem. De secundo legitur Nehemix xi. Nouem uero partes in ciuitatibus.
- ⊕ **עֶשְׂרֵה** Similiter & **עֶשְׂרֵה עֶשְׂרֵה** Omnia cum accentu in ultima. Sed **עֶשְׂרֵה** habet accentum in penultima, ut Iudicum septimo. Et tantum decem millia remanserunt. Cetera figurabis secundum analogiam priorum à me traditorum.

## SEQUVNTVR ACCENTVS

nominum cum affixis  
suis.

⊕ **רְבִירוּ** Accentus in affixo tertiæ personæ id est in ultima psalmo cētesimo trigesimo. Et in uerbum eius speraui. Et sic Ain hapaal semper scribitur per camez præter secūdā personam pluralis numeri tam masculini q̄l feminini generis. Et loco yau reperitur quandoq̄ he, & manet accētus in ultima, ut **בְּלֵה** Ezechielis undecimo. Et omnis domus Israel, uni uerfi. Contingit autem quandoq̄ sicut in uerbis ita in nominibus affixum, he yau, hoc est, hu. ut **אוֹרְהוּ** Job uigesimo quinto. Et super quem non surget lumen illius. Et tūc accentus ut in aliis zere ante hu finale habentibus sic cadit in penultimā, ut psalmo centesimo decimo nono. In uerbum tuum super speraui.

⊕ **רְבִירָה** Accentus in caph secundæ personæ, ut **לְרִבְרָה** psalmo quinquagesimo primo. Tibi soli peccaui Et cum terminat sententiam mutat seua ante caph in segol ut psalmo centesimo decimo nono. Viuifica me secundum uerbum tuum. Et quandoq̄ sim. liter sine termino, ut in eodem psalmo quinquagesimo primo. Vt iustificeris in sermōibus tuis. Rectius secundum uerbum tuum. Et tunc accentum feruat in penultima, ut **בְּרִבְתָּהּ** Psalmo tertio. Super populum tuum benedictio tua. Additur autem quandoq̄ he, in fine, & seruat accentum eundem in ultima, ut **יִשְׁבֶּה** Exodi tredecimo. Et erit signum in manu tua. Sed si & hoc mutauerit seua in zere uel segol ante caph, tūc accentus pariter cadit in penultimā ut supra. Et reperitur aliquando zere pro camez in caph, pro masculino singulari, ut **מִלְאֲבֵתָהּ** Nahum secundo. Et non audiet ultra uox nunciorum tuorum. Verius, nuncii tui. Sed quando hirek cū suo iod præcedit caph, tunc accentus cadit ante ultimā.



LIBER PRIMVS

ut פִּיר psalmo centesimo trigesimo octauo. Quoniam audierunt uerba oris tui.

⊕ רְבִירִי Accentus in iod primæ personæ, ut Ieremiæ uigesimo nono. Et suscitabo super uos uerbum meum bonum. Præcedit autem & aliquando nun cum zere aut sægol, & tunc accentus sicut in aliis similibus ante ni, nu, na finales cadit in penultimam, ut תַּחֲתַי secundo Regum uigesimo secundo. Incuruasti resistentes mihi subtus me, etiam si p sægol & dagges scribatur euphoniæ gratia.

⊕ רְבִירִים Accentus in ultima hoc est in affixo tertiæ personæ pluralis numeri. Sed reperitur sæpius per he ante mem, cum eodē accentu, sicut pro אַתֶּם dicimus אַתְּהֶם ut בְּנֵיהֶם Ezechielis uigesimo septimo. Et assument super te carnem lugubre. Et mutatur affixus in mo, ut פְּרִימִי & sic habet accētum in penultima, psalmo undecimo. Acquiritatem uidit uultus eius. Verius sic, Rectum uidebunt facies eorum. Sic פְּרִימִי Psalmo uigesimo primo. Fructum eorum de terra perdes.

⊕ רְבִירִים Accentus in affixo secundæ personæ pluralis numeri, ut עֲנִפְנֵם & פְּרִיכֵם Ezechielis tricesimo sexto. Ramos uestros germinetis & fructum uestrum afferatis.

⊕ רְבִירִי Accentus ante nu affixum primæ personæ pluralis numeri, ut בְּשָׂרֵנוּ & יָרֵנוּ Genesis tricesimo septimo. Et manus uoltra non polluat, frater enim & caro nostra est. Ita enim in singulari numero utrobicq; scribit in libris castigatis.

⊕ רְבִירָה Accentus in he affixo relatiuo, sceminini generis

singularis numeri tertiæ personæ, hoc est in ultima syllaba, ut **לחמה** Prouerbiorum ultimo. De longe portans panem suum. Et **מברה** In eodem. De ultimis finibus precium eius.

- Ⓢ **רברה** Accentus in ultima scilicet in affixo fœminino secundæ personæ singularis numeri ut **קולה** & **מראה** Canticorum ii. Vpx enim tua dulcis & facies tua decora.
- Ⓢ **רברו** Accentus in ultima id est in affixo fœminino pluralis numeri tertiæ personæ, & si paragogice addatur he, ut **בלצה** Genesis quadragésimo primo. In me hæc omnia mala reciderunt accentus cadit in penultimam. Solemus autem pro tali compositione sæpius legere he ante nun, ut **לברחו** Genesis uicesimo primo. Et statuit Abraham septem agnas gregis sterorum.
- Ⓢ **רברו** Pluralis numeri secundæ personæ fœminini generis accentu in ultima, & quãdoq; recipit he paragogicum post nun, manente accentu, ut **ומתבנה** Ezechielis uicesimo tertio. Ne faciant secundum scelus earum. Et dabunt scelus earum super uos.
- Ⓢ **רברים** Nomen pluralis numeri masculini generis, qd in statu regimini's abiicit mem, & seruat accentum in ultima, ut Deutero. xxvii. Omnia uerba legis.
- Ⓢ **רברו** Accentus in ultima hoc est in affixo. Ecclesiastis. nono. Et uerba eius non sunt audita. Tamẽ inter iod & uau quãdoq; ponitur he, ut **עיניהו** Job uicesimo quarto. Oculi autẽ eius sunt in uis illius. Et **גבורהו** Nahum secundo. Clypeus fortium eius. Et ponitur pro **גבורו** per diphthongum as pronounciandum. s. uau digãma golicũ.

LIBER PRIMVS

- Ⓒ **רְבִירִי** Accentus in penultima ante caph, ut Nehemix. Implesti uerba tua quoniam iustus es.
- Ⓒ **רְבִירִי** Accētus in patha finali, ut lob sexto. Vnde & uerba mea dolore sunt plena, & sæpe pro Ai. terminatur in eni ut pro **תַּהְתִּי** reperitur scriptum **תַּהְתִּי** accentu in p. nultima ut secundo Regum uigesimo secundo. Incurua sti resistent & mihi subtus me.
- Ⓒ **רְבִירִים** Accentus in affixo, ut Ezechielis ii. Verba eoru ne timeas & uultus eoru ne formides. Sic **רְבִירִים** Et post mem assumit superius illud uerbum qncp in affixo .he. cū camez, ut **אֵלֶיחֵמָה** In Ezechiele, & cadit accētus in ultimam Et quandoq; loco affixi .hem. recipit mo, ut psalmo secundo. Proiciamus à nobis iugum ipsorum &c. cū accentu in penultima.
- Ⓒ **רְבִירָה** Accentus in penultima ut **כַּפִּיתָ** Prouerbiolorum trigesimo primo. Et operata est consilio manuum suarum, ubi inuenies exempla plurima.
- Ⓒ **רְבִירִי** Accentus in ultima syllaba tanquam diphthongata per Ai. ut **עֵינַיִךְ** Canticorum quarto. Oculi tui columarum. Et ita semper accentus seruator in caph finali fce minini generis, ut **הַצֶּבֶד** sic & **שִׁנַּיִךְ** eodem in loco. Dentes tui sicut greges. Qz si assumat sibi iod paragoga cū ut quandoq; solet, tunc quoniam iod punctatur per seua, seruator accentus in litera substantiali proxime ante iod præcedēte ut **מִצֹּתֶיכִי** **עֲלֵיכִי** psalmo centesimo decimo sexto. Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi.

Ⓢ **רְבִירְהוּ** Accentus in ultima ut **בְּתוֹלֵיהוּ** Ezechielis xliiii. Fractæ sunt mammæ pubertatis earum. Et in nominibus sceminini generis scribitur affixum quandoq; sine iod he ac per camez in fine, ut **שְׂמוֹתוֹ** etiam cum accentu in ultima ut legitur citato in loco. Et pari modo accentus reperitur in iis quæ in chen desinunt, etiam cum parage ipsius he literæ, ut supra uisum est. Post uero q̄ hactenus uocabulorum appendices & affixa quo ad eorum accentus tractauimus, non ab re uidetur simul & de aliis quoq; partibus indeclinabilibus & significatiuis huic loco non in cōmodam fieri posse mentionem. Docebimus igitur eorundē & accentus & conditiones hoc modo.

- Ⓢ **אֲשֶׁר** In fine per saḡgol & ibidem accētus, Psalmo primo. Beatus uir qui non abiit in consilio.
- Ⓢ **אֲבֵל** Accētus in ultiḡa. Genesis xlii. Sed & Sara uxor tua pariet tibi filium.
- Ⓢ **אֲמִנִם** Accentus in ultiḡa. Genesis xliiii. Dicens, num uero paritura sum anus?
- Ⓢ **אֲנָה** Per camez utrobicq; accentum habet in penultima præter duos locos in quibus seruatur accentus in ultiḡa. Primus est Deutero. i. Quo ascendemus? & alter in psalmo cxxix. Quo ibo à spiritu tuo & quo à facie tua fugiam.
- Ⓢ **אֲנִי** Utrobicq; per camez scribitur, & nun litera daggefatur, & habet accētum in prima, licet qnq; etiā in eadē significatione scribaŕ per he finale loco aleph, ut **אֲנִי** psalmo centesimo decimo sexto. O domine ego seruus tuus, & tunc accentum habet in ultiḡa.
- Ⓢ **אֲוִלִם** per camez in ultiḡa, & ibidem accentus, ut Iob ii. Alioquin mitte manum.



LIBER PRIMVS

- Ⓒ **אלי** Accentus in lamed tanquam diphthongi Ai. ut Genelis xviii. Si fuerint quinquaginta in ciuitate.
- Ⓒ **אנו** Per camez & zere accentus in prima, psal. lxxxii. Vos autem sicut homines moriemini.
- Ⓒ **איננה** Accētus in ultima, Threnorum primo & quarto. Quomodo obscuratum est aurum. Sic etiam **איבנה** ut Ester octauis. Quomodo enim potero sustinere necem populi mei.
- Ⓒ **אלה** Accentus in prima, & lamed daggesatur, scribiturq; per sægol. Genesis sexto. Hæ sunt generationes Nohe Et quæ illi præponuntur dictioni, ea scribuntur per camez, ut **האלה** Genesis uicesimo quarto. Viri isti pacifici sunt. Sic **לאלה כאלה** & sic de aliis, reperimus tamen seua loco camez.
- Ⓒ **איה** Aleph per patha, iod per dagges atq; zere, & accētus cadit in iod consonantem. Genesis xviii. Vbi est Sara uxor tua, & ita etiam cum affixis.
- Ⓒ **אל** Crebro scribit per sægol & assumit sibi iod ut **אלי** Iob uicesimo nono. Radix mea apta est secus aquas. Et, qñ adiunguntur ei affixa tunc aleph scribit per zere ut **אלין**  
**אליה אליהם אליכם אלינו אליה**  
**אליהו אליהו אלינו** Omnia cum accentibus secundum analogiam affixorum de quibus supra mentionem fecimus. Hoc tamen memorandum est q; si adiungantur affixa pluralis numeri secundæ aut tertiæ personæ, tunc aleph scribitur per seua patha. Simili modo dicitur de **על** quod per se habet patha. Sed si ei adiungantur affixa tunc Ain scribitur per camez, præter q̄ in secunda & tertia persona plu-

ralis numeri quæ scribuntur per seua patha, & cum affixis assumit iod post lamed, patiturq; similiter accentus secundū analogiam supra memoratam.

- ⊕ **דפּן** Accentus in prima, ut Numeri tredecimo. Sed cul-  
tores fortissimos habet. Quandoq; potest etiam dedinari,  
tunc est nomen, ut in Rudimentorum nostrorum libro pri-  
mo facie .64.
- ⊕ **תּתּתּ** Pronomen secundæ personæ & scribitur aleph p  
patha, & thau per dagges, & ideo habet accētum in ultima,  
psalmo sexto. Sed tu domine ut; p̄ quo. Qz si ponatur in ter-  
mino sententiæ, tunc aleph scribitur per camez, & accentus  
cedit in primam, ut Genesis tertio. Quis enim indicauit tibi  
q̄ nudus esses tu. Sic psalmo secundo. Dominus dixit ad me  
filius meus es tu. Reperitur & sine termino & cum aleph pa-  
tha, & cum accentu in prima extra regulam. Attamen extē-  
dit accentum, quapropter etiam in ultima signatur temporis  
quantitas per uirgulam retina culi, ut Genesis xxxii. Et inter-  
rogauerit te, cuius es tu? aut quo uadis?
- ⊕ **תּתּתּ** Per mem, sægol in fine, quo ad genus masculinum,  
sed in genere foeminino scribitur per nun & zere, & semper  
accentus in thau litera daggesata. Psalmo lxxxii. Ego dixi dii  
estis. Et in foeminino Ezechielis tricelimo quarto. Vos autē  
greges mei greges pascuæ meæ.
- ⊕ **תּתּתּ** Accētus in ultima, ut Genesis decimo quinto. Ego  
protector tuus, Et in termino distinctione uel subdistinctio-  
ne regulariter accentus cedit in penultimam, modo extenda-  
tur pronuntiatio, ut psalmo tricelimo quinto. Salus tua ego  
sum, licet quandoq; cum non finiat orationem ita reperiatur  
paroxytonum, ut Genesis tertio. Timui eo q̄ nudus essem  
& abscondi me. Ad quem textum Massoreth siue scholion



## LIBER PRIMVS

notat octo locos in quibus hæc dictio accentum habet in penultima cum non finiatur orationem, quorum est numero præsens hic locus esse demonstratur. Alias canonicum est quod in omni termino distinctione uel subdistinctione passim accentus cadit in penultimam, Excipitur unus locus qui legitur Job xxxiii. Mundus sum ego & absque delicto immaculatus, & non est iniquitas in me.

- ⊕ **אני** Accentus in ultima, ut psalmo tertio. Ego dormiui. Ex præsertim patha scribitur, sed in fine orationis perfectæ percamez, & quandoque non in fine, ut Genesis uicesimo septimo. Mihi quæque obsecro ut benedicas, & sic habet accentum in prima.
- ⊕ **אנוהו** Accentus in nun litera, ut psalmo xx. Nos autem in nomine domini dei nostri inuocabimus.
- ⊕ **המה הזה** Accentus in prima per zere, & litera media daggesatur. Psalmo uicesimo. Ipsi obligati sunt & ceciderunt. Et Genesis decimo. Generatione autem reuertentur huc. Nec dum enim completæ sunt iniquitates amorreorum usque ad præsens tempus.
- ⊕ **וזה** Accentus in ultima, quarto Regum uicesimo quarto. Nihilque relictum est exceptis pauperibus terræ. Et assumit iod in fine, deinde recipit etiam alia affixa.
- ⊕ **במו** Accentus in ultima, Zachariæ decimo. Et multiplicabo eos sicut antea fuerunt multiplicati.
- ⊕ **לולי** Accentus in ultima, Isaïæ primo. Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen.

### DE VERBO

**T**ERTIA sermonis pars Verbum est, Casus modi sunt & tempora. Horum grammaticas profodias exsequemur ordine quo uidistis à nobis uerba coniugari libro nostrorum Rudimentorum tertio: Et quia primæ coniugationis

tres sunt terminationes, enumerabimus singulas cum earum accentibus, communem ideam uerborum leuium **פעל** si cut & nominum affumentes, à qua omnes aliae coniugatiões regulantur.

- Ⓢ **פעל** Accentus in ultima ubi & pūctus signatur zere, ut **הָהָל יָהָל** & hoc in persona tertia singularis numeri præteriti temporis indicatiui modi. Sed in persona tertia pluralis numeri accentus cadit in penultimam, ut **הָהָלוּ יָהָלוּ** cum dagges in la med hapaal. Et si lamed hápaal in plurali punctatur per seua tunc accentus cadit in ultimam, ut **הָהָלוּ** De utrisq; legitur ludicum quinto. Cessauerunt fortes in Israel. Et scribitur hæc forma per zere in fine, præter **לָהֶם** quod scribitur in fine per fægol, & non per zere, seruat tamen accentum in ultima, ut in supra citato ludicum quinto. Noua bella elegit dominus & portas hostium ipse confregit. Quod hebraice sic legitur. Elegit deos nouos, tunc impugnavit portas
- Ⓢ **פעל** Acentus in ultima, ut **יָגַר יָבֵל** Genesis quadragesimo quinto. Non se poterat ultra cohibere. Itidem sic in plurali **יָבֵלוּ** Exodi octauo. Ut educerēt cinniphēs & non potuerunt. Ita **יָבֵלוּ** Isaia sexagesimo quarto. Montes defluerent.

- Ⓢ **פעל** Accētus in ultima, ut **שָׁמַר** Genesis tricesimo septimo. Pater uero rem tacitus considerabat. Verius sic. Et pater eius obseruauit uerbum. Sic **זָבַר** Genesis quadragesimo. Præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui. Verius sic. Et non est recordatus princeps pincernarum ipsius Ioseph. Et in termino uel distinctionis fine non semp̄ sed

## LIBER PRIMVS

aliquando ponitur camez loco patha in fine cum eodem accentu, ut **אמר** Genesis uicesimo primo. Visitauit autem dominus Saram sicut promiserat, Verius sic. Et dominus uisitauit Saram sicut dixit. Sic **ישב** psalmo primo. Et in cathedra pestilentie non sedit. Et sæpe absq; finali termino ponitur camez pro patha cum eodem accentu, ut psalmo. Dominus regnauit: irascantur populi. Hoc est autem memoriter tenendum, q; quando post tale uerbum sequitur iuncta ei dictio monosyllaba uel dictio que habeat accentum in prima, tunc idem uerbum etiam habet accentum in prima, ut Iob tricesimo. Et uita ipsa putabantur indigni. Verius sic. Ipsi perit senectæ, ubi legitur **אבר. בלה** Exemplum de monosyllabo sequente **ושאל לו** Numeri uigesimo septimo. ubi nos legimus, Consulet dominum. Sic Genesis primo **קרא לילה** uocauit hostem. Sed hoc tamē non ubiq; obseruatur. Solet enim quandoq; aliter euenire, uidelicet q; tametsi uel monosyllabo sequente, uel eo qd habet accentum in prima, tamen nihilominus uerbum tertie psonæ præteriti temporis illud præcedens habet accentum (iuxta canonis regulam) in ultima ut Isaia quadragesimo. **מי ברא אלה** Quis creauit hæc. Ita de monosyllabo, quarto Regum quinto. Erat uir magnus apud dominum suum, ubi sic ponitur **היה איש** Sic utrunq; habes accentus locum in huiusmodi serie, ut Genesis trigesimo octauo **ולא יסת עוד** Vbi nos legimus attamen ultra non cognouit eam. Et uerbum **יסת** pronunciatur per accentum in ultima. Secus autem Iudicum tredecimo **ולא יסת עוד מלאך** id est Et non addidit ultra ange.

lus domini. Vbi nos legimus, Et ultra eis non apparuit angelus domini, habetq; יסח accentum in prima, & est quādo non additur tali uerbo sequens dictio siue monosyllaba siue quæ accentum habeat in prima, & tamen nihilominus inuenitur quandoq; uerbum ipsum cum accentu in prima, ut iiii. Regū septimo הגה שבר עלינו ubi nos legimus. Ecce mercede conduxit aduersum nos, scribiturq; secundum peritos hebræorum grammaticos accentus uerbi שבר in prima. Et ita etiam legit eūdem textum Rabi David Kimhi in libro suo Michlal parte prima. Et ita continent libri biblicæ grammaticæ castigati. Sed in multis aliis bibliis tam impressis q̄ inconsulte scriptis inueni eū locū per accentum in fine notatum.

Ⓢ מעלת פעלתי Accentus in penultima per omnes coniugationes, ut אמרתִי Isaie sexagesimo quinto. Dixi. Ecce ego, ecce ego. Et רברתי Ecdesiasticis primo. Locutus sum in corde meo dicens. Et הסתרתִי Isaie quinquagesimo quarto. Abscondi faciem meam. Et ירעתִי iii. Regum secūdo. Tu quoq; nosti. Et גשבעתי Ieremig uicesimo secundo. In memetipso iuravi. Et התעברתי psal. lxxxix. Distulisti christum tuum. Quod uerius hebraice legitur. Irascebaris uel succensuisti cum christo tuo, & sic de aliis, semper Ain hapaal per patha, & erit accentus in eo. Quæ si præponatur istis uerbis uau conuersiuum, ut scripsi in fine libri tertii Rudimentorum hebraicorum, tunc obtinebunt accentum in ultima, ut in plurimum, habebuntq; significationem futuri temporis, ut ושמרת Deutero. iiii. Custodies præcepta eius atq; mandata. Et ופקרתִי Exodi trice

## LIBER PRIMVS

fimo secūdo. In die ultionis uisitabo. Et **וּרְבַרְתִּי** Osee  
 secundo. Et loquar ad cor eius, ubi multa legendo inuenietis  
 exempla. Et **וַחֲעִבְרַתִּי** Exodi viii. Orabo ad dñm  
 Et **וַיִּקְרַשְׁתִּי** Ezechielis xx. Et sanctificabor in uobis.  
 Et eiusdem xxxviii. **וַחֲתַגְרַלְתִּי וַחֲתַקְרַשְׁתִּי**  
**וַיִּזְרַעְתִּי** Et magnificabor & sanctificabor, & not<sup>o</sup> ero  
 Rurſus autem accentus etiam quandoq; reperitur in Aiu  
 hapal, hoc est in penultima, quanquam præcedat uau, ut  
**וַאֲבַלְתִּי** Et comedi. Leuitici decimo. Quo potui come  
 dere eam. Verius sic, Et comedi peccatum hodie, hoc est pia  
 culum seu piam en. Et **וַהֲוֹסַפְתִּי** & auctus sum Ecclē  
 sias tis primo. Ecce magnus effectus sum & præcessi omnes sa  
 pientia. Sic **וַיִּגְבַּתִּי וַתִּפְשַׁתִּי** Prouerbiorum tri  
 cesimo. Aut egestate cōpulsus furer, & periurem nomē dei  
 mei. Notabitur aut hanc regulam. Quia omnia uerba primæ  
 coniugationis præteriti temporis singularis numeri tertiæ p  
 sonæ habentia pro lamed hapaal id est pro litera finali sub  
 stantiali aliquā ex gutturalibus seu uocalibus siue pponatur  
 eis uau seu nō pponat, semp habēt in prima & secunda pso  
 na singularis numeri accentū in penultima, ut **וַיִּשְׁאֲתִי**  
 Gen. xviii. Dimittam omni loco propter eos. Et **וַיִּקְבַּלְתִּי**  
 Ieremiæ xix. Et accipe lagunculam. Vnum excipit à regula  
**וַאֲמִית** Leuit. xxiii. Accipies q̄q; simulam & coques ex  
 ea. Et itē alterū Numeri xxi. Diuidesq; ex eo p̄dā, ubi scribi  
 tur sic. **וַחֲצִיתָ אֶת הַמֶּלֶךְ** ubi secundū Neph  
 thali ponitur super thau una uirgula ut legatur accentus in  
 ultima. Sed Asser ponit duas uirgulas, alteram super zade,

ac alteram super thau, ita **וְהָצִיתָ** ut legatur accentus in penulti. Et iterum Zachariæ vi. **וַעֲשִׂיתָ עֲטָרוֹת**  
 Et facies coronas, ubi secundum Nephthali regulariter legi-  
 tur accentus in penultima **וַעֲשִׂיתָ** Cæterū uerba hæc  
 perfecta cum in distinctione siue termino ponuntur, tunc in  
 penultima recipiunt camez pro patha, ut **אֲבֵלֶתָ** Gen.  
 secundo. Nisi q̄ ex ligno de quo præceperam tibi ne come-  
 deres comedisti. Et Deute. sexto. **וְאֲבֵלֶתָ וְשִׁבְעָתָ**  
 Et comederis & satiatus fueris. Vides q̄ finalitatis ratioe po-  
 nitur in penultima camez, propter colon, ubi tamen in præ-  
 cedenti uerbo ponitur regulariter patha sine cōmate ac di-  
 stinctione. Reperitur & uerbum tale in termino & distincti-  
 one aliquando per patha scribi in penultima seruato accētū  
 in eadem, ut **וְקָנִיתִי** Genesis xxvii. Vides, inquit, q̄ se-  
 nuerim. Similiter **יִסְרֶתָ** psalmo centesimo secūdo. Inītio  
 tu dñe terrā fundasti, & sic de multis aliis, ubi gratia ubi cūq̄  
 ponit **שְׁבַרְתָּ וְשִׁבְרָתִי וְרִבְרַתָּ וְרִבְרָתִי**  
**וְהִצַּלְתָּ וְהִצַּלְתִּי** Sæpe etiam cataparagogen ad-  
 ditur aspiratio lenis in fine uerbi secundæ personæ singula-  
 ris numeri temporis p̄teriti, ut **נָתַתָּה** Gen. iii. Mulier  
 quā dedisti mihi sociam. Similiter **גִּרְתָּהּ** Genesis xxi.  
 Et terræ in qua uersatus es aduena, & sic in aliis cōpluribus  
 c **פָּעַלְוּ** Accentus in ultima, ut Osee septimo. Quia opera  
 rati sunt mendacium. Sic **רָחַקוּ** Ieremiæ secundo. Quia  
 elongauerunt à me. Et **שִׁחֲטוּ** Exodi capitulo duode-  
 cimo. Immolabuntque eum uniuersa multitudo.

LIBER PRIMVS

Sic יצא<sup>י</sup> quarto Regum quinto. De Syria egressi fuerant latrunculi. Et שמר<sup>י</sup> Primo Paralip. tricesimo tertio. Et custodiant obseruationes. Sic הלכו<sup>י</sup>. Iudicum nono. Eundo ierunt ligna. Cum autem uerbum in distinctione uersus, aut orationis termino inuentum fuerit, tunc Ain ha paal hoc est penultima scribetur non iam per patha & seua, uel per seua tantum ut supra, sed per camez siue magnum siue paruum, uel per holem, ut פעלו פעלו פעלו & sic accentus cadit in penultimam, si modo fuerit trisyllabum ut הלכו<sup>י</sup> Psalmo centesimo decimo nono. Non enim qui operantur iniquitatem in uis eius ambulauerunt. Vbi supra memorata duplex reperitur uirgula, nā exceptio apud nos etiam habebit uim regulæ. Sic Osee septimo. Aegyptum inuocabant ad Assyrios abierunt. Et שמרו<sup>י</sup> ut psalmo septuagesimo octauo. Et testimonia eius non custodierunt, Nam nisi distinctio & finis esset uersus, reciperet utique accentum regularē in ultima, ut psalmo centesimo decimo nono. Non custodierunt legem tuam. Et si tertia persona singularis numeri habet in fine zere, tunc tertia pluralis retinet eadem uocem in penultima cum accentu in eadem, ut גברו<sup>י</sup> secundo Regum primo. Leonibus fortiores. Verius sic. Plusquam leones prauauerunt, quod impressi quidam codices habent גברו<sup>י</sup> per camez, Sed rectius antiqui manu scripti & grammaticè castigati habent zere גברו<sup>י</sup> Sic ושבעו<sup>י</sup> Deuter. uigesimo sexto. Ut comedant intra portas tuas & saturantur. Similiter à tertia persona singularis numeri præteriti temporis, cuius ultima est holem deriuatur tertia pluralis & seruat quoque in penultima holem cum accentu ibidem, ut יכלו<sup>י</sup> Exodi octauo. Feceruntque similiter malefici incan-

tationibus suis, ut educerent cinniphes & non potuerunt, cuius instar legimus באר quasi בואר per defectum vau holem literæ substantialis. Genesis quadragesimo septimo, Venerunt de terra Canaan. Et eiusdem quadragesimo sexto, Fratres mei & domus patris mei qui erant in terra Canaan uenerunt ad me. Vbiq; cum accetu in penultima cum tamē ראר habeat accentum in ultima iuxta canonem, secundo Regum decimo Filii autem Ammon uiderunt q; fugissent Syri. Sed aliud in defectiuus ut מתר Deutero, decimo septimo, Et lapidibus obruentur & morientur. Igitur ut epilogi more ita cōcludam. Sanè duas regulas quas superius ad notauimus inuenire licebit in uno uersiculo & unica dictiōe. Iudicum quinto his uerbis גַם שָׁמַיִם גִּטְפוּ גַם עֵבִים גִּטְפוּ מִיָּם; וְגִאֲסָפוּ : וְגִאֲסָפוּ. Vbi nos legimus, coelicq; ac nubes stillauerunt aq;. Et psal. xxxv. וְגִאֲסָפוּ : וְגִאֲסָפוּ quod nos legimus. Et conuenerunt, congregata sunt.

⊕ מעלתם Accentu semper in ultima siue præponat uau seu non præponatur. Et pe. hapaal hoc est prima syllaba per seua notatur. Quod in tota coniugatione præteriti perfecti alijs non contingit, nisi hic in sola secunda persona pluralis numeri tam masculini q̄ femini generis, licet inueniat quãdoq; commutatiue hirek, ut וירשתם Deutero, undecimo. Vt habeatis & possideatis illa. Et similiè ויצאתם Malachia quarto, ubi nos legimus. Et egrediemini & salietis. Hebrei pro salietis legunt crescetis sicut uitulus saginatus in præsepio.

⊕ מעלתו Accentus in penultima in quacuncq; coniugati



LIBER PRIMVS

one siue præponatur ei uerbo uau seu non præponatur, ut

**נַפְלֹגִי הַפְעֵלִי** & cætera similia quæ uidebis in libro Threnorum cap. v. **נָתַן סְבִלֵנוּ חֲטָאוֹנוּ**

Sic etiam **שָׁתִּיבֵנּוּ** & sic de aliis similibus.

**ע** **פַּעֲלָה** Tertia singularis præteriti temporis generis fœminini. Acceptus in ultima, si Ain hapaal id est penultima notatur per seua, ut **אָכַלָה** primo Regum primo. Postquã comederat & biberat in silo, Nam si eadem penultima notat per camez siue magnum siue paruum quod est zere. tunc accentus cadit in penultimam, ut **נָתַנָּה** Iudicum quinto. Aquã petenti lac dedit, Ex Ester viii. **צָחַלָה וְשָׂמַחָהּ** ubi nos legimus. Exultauit atq; lætata est, & si he finalis ut sæpe fit mutat in thau, accentus cadit in ultimã, ut **נַפְלֵאתָ** psalmo centesimo decimo octauo, ubi nos legimus, Et est mirabile in oculis nostris. Et **אֵוֹלָתָהּ** Deutero. tricesimo secundo, Videbit q̄ infirmata sit manus. Et **קָרַאתָ** Deutero. tricesimo primo. Et occurrent uobis mala, & sic de aliis. quod ibidem in fine notatur per camez, quia ante thau ponitur litera quæ scribitur & non legitur. Vnde dicitur quiescens, & quotiens ita fit q̄ ante thau finale ponitur lit era uocalis quiescens, tunc regulariter subnotatur camez. Quando uero non scribitur ante thau, uocalis quiescens, tunc subnotatur patha, sæpe autem post thau per paragogē etiam in fine additur he aspiratio, & tunc iuxta primam regulam accentus erit in ultima, ut **הִיְתָה** Genësis primo. Terra autē erat inanis, nisi propter dictionem enditicam accētus reperiatur in ante penultima, ut Ieremiæ duodecimo **הִיְתָה לִי** Facta est mihi.

c פֶּעֶלָהּ Accentus in ultima ut שְׁבֹנָה Jeremie quin-  
 quagesimo primo. Quę habitas sup aquas multas. Et חֶלֶב  
 tertio Regum decimo quarto, Et uade in Silo. Sed si lamed  
 hapaal hoc est litera quę immediate præcedit thau finale fue-  
 rit una ex gutturalibus id est uocalibus Ain & Heth, tunc ac-  
 cētus cadit in penultimā, hoc est in ain hapaal, ut לִקְחָתָּ  
 cuius ultima scribitur per thau daggeffatū & sua sicut sem-  
 per in hac forma fieri debet, tertio Regum decimo quarto,  
 Tolle quoq; in manu tua decem panes. Sic יִגְעֵת Isaię  
 quadragesimo septimo. In quibus laborasti & in quibus cō-  
 laboraueras. Et שְׁמַעֲתָּ Ruth secundo. Audi filia. Veri-  
 us sic. An non audisti uilia mi.

c פֶּעֶלָהּוּ Accentus in ultima, omnino sicut superius in  
 פֶּעֶלָתָם Ita legitur Ezechielis xxxiii. עֲשִׂיתוּ  
 תּוֹעֵבֹת Fecistis abominationes.

c פֶּעֶל Indicatiuus temporis præsentis singularis numeri  
 trium personarum. Quādoq; scribitur per uau in prima, &  
 quandoq; sine uau, pronunciatuq; per holem in prima & p-  
 zere in ultima, & assimilatur nomini seu uerius participio,  
 eiusq; imitatur naturam, ut inter se dignoscā non ualeant, nisi  
 quantum significationes eorum differunt atq; significata.  
 Huius autem formę uerba perfecta, hoc est quorum litera  
 finalis dicitur lamed hapaal simul & scribitur pariter & legit,  
 habent semper accentum in ultima, siue construatut eis mo-  
 nosyllaba dictio, uel quę habet accentum in prima quā ego  
 encliticam uoco, siue non construatut ut יֹצֵר Isaię  
 quadragesimo quinto. Et שְׁמַרְתָּ tertio Regum septimo.

## LIBER PRIMVS

Qui custodis pactum. Et **יִשָּׁב** ibidem. Et notatur quā  
 doq; Ain hapaal, id est litera media substantialis per hirek,  
 ut psalmo decimo sexto. **תּוֹמִיר גּוֹרְלִי** Qui restitu  
 tuis hæreditatem mihi. Similiter **יֹסִית** Isaïæ tricesimo  
 octauo. Ecce ego adiicio super dies tuos. Non aut̄ **יֹסִית**  
 ut aliqui mendosi libri habent, & pariter accentus retinetur  
 in ultima. Et si litera finalis fuerit gutturalis, videlicet Ain aut  
 heth, & media scribetur per zere, & ibi erit accentus, & lite  
 ra gutturalis notabitur per patha, ut **פּוֹתַח זֹרַח**  
 ; **יֹדַע** ; **שׁוֹמֵעַ יֹדַע** Ioelis secundo. Quis scit si conuertatur  
 Et Exodi tricesimo secundo. Vocem cantantium ego audio.  
 Et tamen non semper hoc modo ain hapaal subnotatur per  
 zere. Sed quandoq; eius loco patha scribitur, obmutescitq;  
 gutturalis, ut duæ syllabæ reducantur in unam, & tunc accē  
 tus cadit in eādē, ut **זֹרַח** psalmo nonagesimo quar  
 to. Qui plantat aurem, non audiet. Et **רוֹקַע** Psalmo cē  
 tesimo trigesimo sexto. Qui firmat terram super aquas. Et  
**שׁוֹסַע** Leuitici xi. Et sus qui ungulam diuidit non rumi  
 nat. Licet etiam reperiatur uerbum perfectū **אֲבַר** habe  
 re patha in fine & accentum quoq; in ultima, quamuis non  
 habeat literam gutturalem. Et huiusmodi uerbis si cōstru  
 atur subsequenter dictio paroxytona scilicet quæ accentum  
 habeat ante ultimam, tunc ipsa mutant zere in sægol, ut  
**חֹרֶשׁ קָרֵשׁ הַשָּׂדֶה שֶׁשָּׁשׁ הַפֶּשֶׁת הַרְשָׁ**  
 & his similia quæ assimilantur nominibus, dicunturq; sæpe  
 nomina uerbalia seu participialia. Sed si ultima desinat in he  
 quiescentem scilicet quæ scribitur & nō pronūciatur, habe  
 at. ꝑ. similiter pro zere punctum sægol sicut supradicta tunc

quamuis naturaliter accentum tenere debeat in ultima, sicut uerba presentis temporis, tamē si enditica dictio aliqua hoc est uel monosyllaba, uel talis quæ accentum suum habeat ante ultimam subsequatur, tunc etiam illud uerbum habet accentum ante ultimam, ut Genesis quarto. **בְּנֵה עִיר**

Vbi legimus, Et ædificauit ciuitatem. Rectius tamen ita, Et fuit ædificans ciuitatem. Sic **עָשָׂה פֶּלֶא** Exodi decimo

quinto. id est faciēs mirabilia. Sic **בְּלִי רִמְיָה צִאוּ**

Omnem pascentem oues. Genesis quadragésimo sexto, ubi legimus, Omnes pastores ouium. Eodem modo uerba presentis temporis quæ in Aleph desinunt, atq; alioqui scriberentur per zere, sicq; haberent regulariter accentum in ultima, ut

**בְּרָא קוֹרָא** Isaïæ quadragésimo quinto, tamē etiam cum transmutant zere in sagol, non ideo pariter mutant accentum nisi hac ratione q̄ per enditicum transferretur accentus in penultimam si construatur dictio consequenter monosyllaba uel paroxytona, hoc est quæ accentum habeat ante ultimam, ut

**בְּרָא רַע** Isaïæ quadragésimo quinto. Creans malum, Sic & **רַמְיָה רָפָא לָרַע** quarto re-

gum uicesimo. Ecce sano te. Inuenio tamen Isaïæ quadragésimo quinto. **בְּרָא הַשָּׂדֶה** Accentum in ultima ac si esset nomen & non uerbum. Canon nanq; est q̄ ut in plurimum, sicut nomen desinens in he quiescentem litteram quæ scribitur & non pronunciatu non habet accentum ante ultimam, nisi forte accidentalis he fuerit, quæ cataparagogen in fine additur quibusdam nominibus quæ nihilominus retinent accentum suum quem prius habere solebāt ante additionem ipsius he, ut cum **צָחַל** habeat accentum in pri-

## LIBER PRIMVS

ma. Sic **שַׁעֲרָה** **זַעֲרָה** Et item aliàs **הַרְבֵּה** &  
**הַחַיּוֹנָה** & **אַרְצָה** & **לֵילָה** Et ita de aliis  
 similibus, ut est **קָצָה** quod a **קָץ** deriuatur. Et simul  
 quoq; excipitur si forte nomen fuerit per sex puncta, hoc est  
 per duo sægol proferendum, ut **בְּנֵה הַגָּה**  
 ita nunc etiam hoc regulare est quod nihil presentis tempo-  
 ris indicatiui modi desinens in literā quiescentem siue aleph  
 siue he, naturaliter habet accentum ante ultimā. Quapropter  
 si quæ inueniantur paroxytona huius modi & temporis, ea  
 transferunt accentum suum naturalem ab ultima ad penulti-  
 mām seu etiam priorem, solummodo accidentaliter propter  
 dictionem encliticam subsequente[m].

Ⓢ **פְּעֻלִים** Omnia pluralia tam nomina q̄ uerba in im uel  
 in desinentia regulariter accentū habēt in ulti, ut **אֹמְרִים**  
 Iſaïæ lxxv. Qui dicunt recede, & similia plura in eodem loco  
 inuenies. Excipiūtur ea quorum in penultima uox patha uel  
 camez aut uox zere sine ullo medio præcedit uocem ultimā  
 hirek cum sua pura uocali iod quam nulla præcedens com-  
 plectitur, ut **שָׁמַיִם** Gen. primo. In principio creauit de-  
 us cælum, ubi accētus cadit in ma syllabam patha penultimā  
 quia inter ma & im finale nulla litera mediat, sic per camez  
**מֵיִם** spiritus domini ferebat super aquas, nulla litera præ-  
 cedit iod ad syllabam im finalem perficiendam, haud aliter  
 post zere uocem penultimam quando sequitur terminatio  
 pluralis im, in qua ipsam iod puram uocalem nulla præcedit  
 litera ad im syllabam perficiendam, tūc etiam accentus cadit  
 in penultimam, ut **שָׁמַיִם** Genesis tricelimo quinto. Erāt

autem filij Iacob duodecim. Et in fœminino **שְׁתַּיִם** Ge-  
 nesis decimo quarto. Duodecim annis feruierāt. Et propter  
 tam uelocem expressionem duarum uocum e & i, non sub-  
 scribitur punctus hirek ac si esset unica diphthongus. Non  
 autem sic **מַרְעִים** ludicum decimo quarto. Sodales tri-  
 ginta, quamuis enim post zere penultimam, sequatur termi-  
 natio im, tamen ad perficiendum ultimam syllabam im, præ-  
 cedit litera Ain. Ergo accentum regularem habet in ultima ;  
 Exceptio enim à regula tantum extēdit se ad ea uerba uel no-  
 mina quæ ante iod & mem nullam literam recipiunt ad per-  
 ficiendū im terminationē, ut **שְׁנַיִם בְּצַפְרֵי יָרֵדִים**  
**עֵינַיִם אֲפִים רַגְלִים רַחִים מִצְרִים** ut  
 Genesius tredecimo. In terra ægypti. Nam omnia ea & iis si-  
 milia possident accentum in penultima. Secus autem in  
**מִצְרִים** Genesis quadragesimo tertio. Ægyptiis quoq̃  
 qui uelcebantur. Et **עֲבָרִים** ut in eodem. Cum hebreis.  
 Vbi notandum est q̃ iod in huiusmodi nominibus uim ha-  
 bet duplicis literæ, est em̄ finalis litera numeri singularis q̃d  
 in i desinit, & in plurali propter terminationem im, deberet  
 repeti, q̃ & q̃n̄q̃ talia noīa in i desinentia pati reperiunt, ut  
**עֲבָרִים** Gen. v. Deus hebræorū uocauit nos, quod ita  
 per duo iod legit Rabi David Kimhi, quanq̃ alii libri unū so-  
 lū iod continent. Et **בּוֹשִׁיִם** Amos ix. Nunq̃d non ut  
 filii æthiopum uos estis. Et **הַיִּים** psalmo centesimo trige-  
 simo tertio. Et uitam usque in sæculum. Et sic de aliis nomi-  
 nis in i desinentibus quæ in plurali ad suam terminationem  
 alterum addunt iod. Quare accentum habent in ultima. Nō  
 aut̄ sic q̃n̄ aliquid mediat inter im terminationē & uocē nudā  
 p̄cedētē, tūc. n. ut audistis paulo sup̄ius accētus cadit in penul.

LIBER PRIMVS

significat, quasi **טעם** **פוקרי לי** per defectum unius iod. Est autem regula tam in uerbis & nominibus q̄ in partibus indeclinabilibus, q̄ omne terminatum in **איו ביו גיו** diphthongum, id scribitur per camez, & omne quod terminatur in **רי גי בי גי** diphthongum scribitur per patha nisi terminet orationem per Athnah uel pafek uel forte per zakeph, tunc enim crebro scribitur per camez, ut **צרי** Deutero: uigefimo secūdo. Reddam ultionem hostibus meis, id est tribulantibus me, & iis qui oderunt me retribuam. Tamen etiam si quedam finiant sententiam, reperiuntur nihilominus per patha, ut **יריבי** Psalmo trigefimo quinto. Iudica domine nocentes me.

⊕ **פוקריה** Lamed hapaal per saegol & ibidem accentus scilicet in penultima ut **צופניה** Prouerbiorum uicesimo septimo. Qui retinent eam quasi qui uetum teneat, & ita Omne he finale foeminini generis scribitur per camez quando praecedens syllaba notatur per saegol.

⊕ **פוקריד** Accentus in lamed hapaal, sub quo notatur patha, & quanquam iod scribatur per hirek tamen iunctum patha facit simul unam diphthongum Ai quam in Rudimētis appellauit quartam. Scribendum est autem caph per seua, sic **אבליר** Et **צריה** Ieremiae trigefimo. Propterea omnes qui comedunt te deuorabuntur, & uniuersi hostes tui in captiuitatem ducentur. Oīa per patha nisi terminauerint sententiam, tunc enim loco patha scribenda sunt per camez, sicut in eodem loco **חטאתיד** dura facta sunt peccata tua. Aliās autem si non finiant orationem tunc regulariter omnia desinentia in **איר ביר גיר ריר** scribunt

LIBER PRIMVS

per patha & accentum habent in ultima.

- ⊕ פוקרת Accentum habet in penultima hoc est in ain hapaal, sicut & nomina ut משמרת Numeri primo. Et excubabunt in custodia tabernaculi.
- ⊕ פוקרתו Accentus in ultima, licet seruet enditice accentum quoque suum in lamed hapaal cui propterea supra scribitur duo minutula puncta ut יועצתו secundo Paralip. uigesimo secundo. Mater enim eius impulit eum ut impie ageret. Aliorum affixorum accentus instar superiorum contingunt, quos pro bonitate ingenii uestri omnes studiosi prouide imitemini.

פקוד

- ⊕ פקודו Accentus in ultima ut ומשמרו Deutero. septimo. Et custodiuit iuramentum quod iurauit patribus uestris. Sic קברו Genesis L. Sepulto patre.
- ⊕ פקודו Accentus in ultima hoc est in caph cum in proxime antecedenti fuerit seua, ut לעברו Deutero. uicesimo nono. Ut transeas in foedere domini dei tui. Q. si habeat segol ante caph, tunc accentus cadit in segol sicut ubique alias ut בקצרו Leuitici uicesimo tertio. Non secabis usque ad solum cum messueris. Quaedam etiam enditice notam seruant temporis siue quantitatis in Ain hapaal quando ipsum per camez scribitur, & nihilominus accentum habent in caph finali, ut אכלו Gen. ii. In quacumque die comederis ex eo.
- ⊕ פקודי Accentus in ultima, licet quantitas quandoque notetur in Ain hapaal ut רדפי Psalmo tricesimo octauo. Detrahebant mihi quoniam sequebar bonitatem.



⊕ פִּקְרָנִי Accentus in Ain hapaal, licet encliticus quoc̄ signetur sup iod finale ut לְחַרְגְנִי Exodi ii. Num occidere me tu uis. Similiter in iis quæ in nu terminantur accētus cadit etiam in penultimam, ut עֲבַרְנוּ Iosue quārto. Donec transiremus.

⊕ פִּקְרָה Accentus in lamed hapaal, & he finale est mapik ut לְעִבְרָה וּלְשֹׁמְרָה Genesis secundo, Vt operaretur & custodiret illū. Sed si s̄ægol aut zere continuo præcedat, accentus cadet in penultimam, ut לִיחְמֵנָה Genesis tricesimo. Et in aspectu earum cōciperent. De chēm, & chēn affixis supra notauimus, semper enim apud se accentum seruant.

## ⊕ אִפְקֹד

⊕ אִפְקֹדָהוּ Lamed hapaal per zere & accentus in eadē scil. penultia, ut אֶפְלֹטָהוּ אֲשַׁגְבְּהוּ אֶעֱנֶהוּ אַחֲלֶצְהוּ אֲכַבְרֶהוּ אֲשַׁבְּעֶהוּ אֲרִאֶהוּ Omnia hæc circa finem psalmi xci. Liberabo eum, protegam eum, exaudiam eum, eripiam eum, glorificabo eum, replebo eum, ostendam illi.

⊕ אִפְקֹדָנִי Lamed hapaal per s̄ægol, eo q̄ nun scribitur per daggēs. Nam regulariter quando nun uau hoc est nu si significat tertiam personam, tunc daggēssatur id est fortiter pronunciat̄ur. Quando autem significat primam personam, tunc raphatur, id est leniter pronunciat̄ur. Et ideo punctus proxime antecēdens in primis personis erit zere. Vtrobic̄q̄ autem accentus cadit in penultimam, hoc est in lamed hapaal, ut de nu tertiæ personę אֲרִאֶנִּי אֲשׁוּרְנִי Nu

## LIBER PRIMVS

meri uigesimo quarto. Videbo eum sed nō modo, intuebor illum sed non prope. Sic in Enu significantia per nu primam personam accentum habent in penultima, ut **תִּהְיוּ** **הַשִּׁבְעִי** Et plura alia quæ leguntur in psalmo quadragesimo quarto, & sic de aliis.

⊕ **אֶמְצֵא** Accentu in ultima ut **אֶמְצֵא** & similia multa quæ leguntur Canticorum octauo. Inueniam te solum foris &c. Quando autem eiuscemodi uerba terminant orationē, tūc seu in lamed hapaal mutat in segol, ut **אֶחָלֵל** Et quandoq; caph finale daggeffatur, quod est mirabile in oculis nostris, ut **וַיַּחַגְבֵּה** Numeri sexto. Ostendat dominus faciem suam tibi & misereatur tui. Similiter **אֶרְאֶה** Genesis duodecimo. Veni in terram quam mōstrauero tibi. Sic etiam **אֶקְבְּצֶה** Isaie quadragesimo tertio. Et ab occidente congregabo te. Quæ si uideritis caph habere raphatum in libris ueltris optimi auditores, emendate. Nam in eisdem locis caph habere debet dagges in fine, ita enim grammatice castigati libri doctissimorum uirorum habent.

⊕ **אֶמְקַרֶם** Lamed hapaal per zere, & accentus in ultima & loco zere quandoq; uenit patha, si terminet orationem ut **אֶמִּילֵם** Psalmo centesimo decimo octauo. In nomine domini quia ultus sum in eos.

⊕ **אֶמְקַרְנָה** Lamed hapaal per segol, & nun per dagges, & regulariter, Omne nun cum he finali notatum per ca mez foeminini generis daggeffatur, si præcedat segol, & tūc accentus cadit in lamed hapaal, hoc est in penultimam ut hic **יֶרְאֵנָה** Leuitici tredecimo. Quæ si pilus coloris est pristi

ni. Similiter **יגאלנָה** Leuitici uigefimo feptimo. Sin  
autem ille qui uenerat uoluerit redimere eam. Reperitur  
quandocq; in fine addi uau, & tūc nun litera notatur per feua  
& nihilominus in eadem litera nun, permanet accentus, hoc  
eft in penultima, ut **יברכנָהוּ** Pfalmo feptuagefimo  
fecundo. Tota die benedicent ei

## יִפְקֹר

Ⓢ **יִפְקֹרוּ** Accentus in ultima, ut **יִרְדְּפוּ** Ofeę octauo.  
Inimicus perfequetur eum. Sic per analogiam dicimus  
**אִפְקֹרוּ** Attamen uau iftud quandocq; non  
eft affixum, fed paragogicum ut nihil fignificet, ficut in illo  
**לְמַעַיְנוּ** pfalmo centefimo decimo quarto. Et rupem in  
fontes aquarum.

Ⓢ **יִפְקֹרָהּ** Accentus in caph, quamuis encliticus feruetur  
in Ain hapaal, ut **יִפְגִּשְׁךָ** Genefis tricefimo fecundo.  
Si obuium habueris fratrem meum Esau. Sed cum finit ora  
tionem, fcribitur Ain hapaal per feua, & lamed hapaal per  
fægol, in quod & cadit accētus ante ultimam, ut **יִרְדְּפֶרָהּ**  
Ezechielis xxxv. Et fanguis perfequetur te.

Ⓢ **יִפְקֹרֵנִי** Accentus in penultima, ut **יִקְרֵמֵנִי** pfal  
mo quinquagefimo nono. Misericordia eius præueniet  
me. Et zere in Lamed hapaal quandocq; mutatur in patha  
magnum, ut **יִאֲחַבֵּנִי** Genefis uicesimo nono capitulo  
Nunc amabit me uir meus, manente tamen accentu in fyl  
ba penultima.

LIBER PRIMVS

פִּקְרוּי

פִּקְרוּי־וּחַ Accentus in penultima, & affixum quādoq; accidit per nun vau ut יִכְרוּנוּ Prouerbiorum quinto. Iniquitates suæ capiunt impium.

פִּקְרוּי־וּחַ Accētus in ultima sicut aliorum quæ uel in vni uel vni uel im uel in desinunt, ut יִהַרְגוּ Zachariæ xi.

Quæ qui possederant occidebant. Ita quoq; in aliis uerborum coniugationibus.

פִּקְרָה

פִּקְרָה Accentus in ultima, ut נִבְהִלוּ Psalmo vi. Quoniam conturbata sunt ossa mea. Et si finierit orationem scribitur penultima per camez, tunc accentus cadit in eādē ut נִחְפוּי Psalmo quadragesimo quarto. Ipsi uidentes sic admirati sunt commoti sunt.

פִּקְרָה Accentu in ultima, sed quando terminat orationem accentus cadit in penultimam, & tunc illud aīn hapaal pro seua recipit camez ut נִשְׁבְּרָה Psalmo tricesimo quarto. Vnum ex his non conteritur. Sic נִשְׁבַּחַה

Isaiæ uicesimo tertio. Meretrix obliuioni tradita. Alias etiam recipit quandoq; in penultima patha. Et de more foeminarum mutatur tunc he in thau, & utrobicq; scribitur patha, cum accentu in penultima, ut נִשְׁבַּחַה Isaiæ tricesimo tertio. In obliuione eris o Tyre. Sed in termino sententiæ penultima scribitur per camez cum accentu in eadem, ut hic

נִבְחַה & cætera.

פִּקְרָה In presenti tēpore foeminini generis, utrobicq; per camez, & semper cum accentu in ultima siue finiat ora-

tionem seu non finiat, ut **בְּשִׁבְרָה** Psalmo quinque-  
simo primo. Sacrificium deo spiritus contribulatus. Sed in tē-  
pore præterito cum non finit orationem, tūc Ain hapaal scri-  
bitur per seua & accentus leuatur in ultima. Sin autem finit  
sententiam, tunc Ain hapaal loco seua patitur camez, & ibi-  
dem erit accentus scilicet in penultima ut superius uisum est  
& hæc amborum est differentia. Sit deinde oportet magna  
discipulis animi attentio qui grammaticorum mores loquē-  
di circa tempora nosse uolunt. Nam futura in duo partiunt  
id qđ à nobis in Rudimentis hebraicis obmissum est. Quod  
dam enim asserūt esse uerbum futuri temporis quod appel-  
lamus imperatiuum nullo argumento literario constans nisi  
qđ accidentaliter holem quandoqđ transit in uau. Recte autē  
futurum nominari putant, eo qđ nec est nec fuit quod fieri  
mandatur. Aliud uerbum dicunt quod actionem uel passio-  
nem rei possibilis aut uenturæ significat, & adiunctione qua  
rundam literarum gaudet, quæ hoc uocabulo colliguntur, ut  
**אֵיתוּ** Quoniam igitur in genus passiuorū incidimus, re-  
cte fiet si post præteritum & præsens etiam breuiter ut cete-  
ra imperatiuum attingamus.

Ⓢ **הַטְּבִירוּ** Accentus in Ain hapaal ut **הַפְּקֹרוּ** Iere-  
miæ nono. Vnusquisqđ se à proximo suo custodiat. Verius  
in imperatiuo, custodite. Et cum terminat sententiam tunc  
certe habet zere. Aliàs ipsum seua promoueret accentum  
in ultimam.

Ⓢ **יִפְקְרוּ** & **יִפְקְרוּ** futuri passiuī de ethan hñt accē-  
tum in ultima ut **יִפְקְרוּ** Prouerbiorum tertio. Et imple-  
buntur horrea tua saturitate. Et in termino sententiæ per ze-  
re ut **יִפְקְרוּ** cum accentu in penultima, Psalmo cente-  
simo quarto. Emittes spiritum tuum & creabuntur. Similiter

LIBER PRIMVS

**תְּקַרְאוּ** Isaia sexagesimo primo. Vos autem sacerdotes domini uocabimini.

DE VERBIS GRAVIBVS ET DAGGES

fatis secundæ coniugationis.

- ⊕ **פָּקַד** Accentus in ultima, ut **נָאֵץ** Psalmo decimo. Exacerbauit dominum, & loco zere habet quandoq; patha & eundem se uat accentum in ultima, ut **אֶבֶר וְשֵׁבֶר** Threnorum secundo. Perdidit & cōtriuit. Similiter **לָמַד** Ecclesiastis duodecimo. Docuit scientiam populo. Talia etiā reperiuntur uarie, modo per zere modo per patha, in quibus Ain hapaal est gutturalis. Sed si lamed hapaal fuerit gutturalis, tunc semper punctatur per patha, ut **פָּתַח** Canticorū septimo. Si flores fructus parturiunt, omnia cum accentu in ultima. Sin uero in huiusmodi uerbis lamed hapaal pronūciatur per patha & Ain per zere, tunc accentus cadit in Ain hapaal, hoc est in penultimam, ut **פָּתַח** lob duodecimo Baltheum regum dissoluit. Et ea coniugando seruant accentum more solito, ut in aliis, sicut **שָׁלַחְתִּי** Genesis tricesimo primo. Modo nudum me dimissis.
- ⊕ **פָּקַדְךָ** Accentus in ultima, ut **רָבֵרֵךְ** Deutero. quinto. Audiui uocem uerborum populi huius quæ locuti sunt tibi. Sed in termino sententiæ per zere loco seu scribitur, & ibi accentus in penultima, ut eodem citato in loco. Bene omnia sunt locuti. Ita mutatur in aliis huius formæ uerbis accentus, quando seu mutatur in zere, nā tunc in idē recidit accētus.
- ⊕ **מִפָּקַד** Accentus in ultima, ut **מִשֵּׁבֶר** tertio Regum decimo nono. Et conterens petras. Et si per contiguitatem sequentis dictionis quod est Makeph legatur, tunc loco

טעם  
zere habebit s̄agol, ut **מֵאֵי** Sic enim scribendum est  
per s̄agol. Prouerbiorum uicesimo quarto. Et uir doctus ro-  
bustus & ualidus. Omnia cum accentu in Ain hap̄aal hoc est  
in ultima. Sed si lamed hap̄aal fuerit gutturalis, tunc quia ip̄a  
pronunciatur per patha & Ain hap̄aal per zere, accentus ca-  
dit in penultimā, ut **מִפְתַּח וְשֶׁבַח** Ecclesiastis iiii.

Laudaui eo magis mortuos q̄ uiuentes.

⊕ **מִפְקֹד** Accentus in ultima, ut **מִרְבֵּר** Psal. lxxxvii.

Gloriosa dicta sūt de te ciuitas dei. Sed foeminini generis for-  
ma hæc est **מִפְקֹדָת** utrobicq; per s̄agol, & accētus est  
in penultima, ut **מִקְטֹרֶת** Canticorum tertio. Ex aro-

manbus myrrhæ & thuris. Similiter **מֵעֶלְפָּת** Canti-  
corum quinto. Venter eius eburneus distinctus sapphiris si-  
ue autem per holam & camez seu per surek & camez inue-  
niantur masculina singularis numeri semper habent accētū  
in ultima. Et foeminina per duo s̄agol semper habent accen-  
tum in penultima tam in nominibus q̄ in uerbis.

⊕ **פִּקֹּד** Infinitiuus accentum habet in ultima, & si per conti-  
guitatem constructionis legatur, quod dicitur Makeph, tūc  
zere mutātur in s̄agol, ut **לִרְבֵּר** tertio Regum scūdo.

Venit ergo Bathsaba ad regem Salomonem ut loqueretur  
ei pro Adonia. Quandoq; additur in fine he, tunc Ain ha-  
paal recipit seu a & accentus cadit in ultimam quæ punctat̄  
per camez, ut **וּמְרָה** Psalmo centesimo quadragesimo  
septimo. Laudate dominum quoniam bonus est psalmus, q̄d  
proprie sic trāsferri debet. Quod bonum est psallere deum

nostrum. Similiter **לִי־סֶרְחָה** Leuitici uicesimo sexto. Sin  
autem nec sic obedieritis mihi, addam correptiones uestras

LIBER PRIMVS

septuplum. In affixo vau cum holem habet accentum in ultima. In affixo caph finali notato per camez habet accētum in penultima, quoniam penultima scribitur per sagol, ut hic **לִקְלֹלֶךָ** Deutero, uicesimo tertio. De Mesopotamia Syriae ut malediceret tibi. Vbi uos notabitis singulare quidam quod in eo uerbo hic caph finale scribitur per dagges contra morem solitum. Sic etiam **לִי־סֹרֶה** Deutero, quarto De ccelo te fecit audire uocem suam ut doceret te. Vbi etiam caph finale daggestatur, & ita in libris emendatis scribitur, quod est memoria dignum. Scribitur quandoque in infinitiuis per patha, uel hirek in pe hapaal, & ain hapaal per holem, & cadit accentus in Ain hapaal, ut **יִסּוּר** Iob uigesimo quinto. Nunquid qui contendit cum deo tam facile conquisit. Similiter **יִסּוּר** Psalmo centesimo decimo octauo. Castigans castigauit me dominus.

⊕ פֶּקֶד Imperatiuus.

⊕ פֶּקֶדוֹ Accentus in ultima, & in termino mutatur seu in zere, actunc cadit accētus in penultima, ut **זִמְרוּ וְזָמְרוּ** psalmo xlvii. Psallite regi nostro psallite.

⊕ אֶפְקֹד Futurum, accētus in ultima, siue habeat patha seu camez in penultima, ut **אֲבִיר** Psalmo decimo sexto.

Benedicam dñm qui tribuit mihi intellectum. Et **אֶפְתָּר** Isaie sexagesimo. Et domum maiestatis mee glorificabo. Sic etiam de ain hapaal. Et si lamed hapaal fuerit gutturalis, tunc Ain hapaal scribet per zere, & lamed hapaal per patha, cadetque accentus in Ain hapaal, sicut hic **יִגְלֹת** Leuiti ci tredecimo. Radetur homo absque loco maculae. Sic **יִזְבֵּחַ** Habacuk primo. Propterea immolabit sagenae suae. Et repe



ritur quandoq; per patha absq; zere, tunc habent accentum in ultima, ut **יִשְׁבֵּן** psalmo centesimo quadragesimo quinto. Generatio & generatio laudabit opera tua.

- ⊕ Foemininum futuri temporis numeri pluralis secundæ ac tertie personę **תִּירְבֵּנָה** Iob uigesimo septimo. Si loquetur labia mea iniquitatē. Sic etiā in defectiuus ut **תִּרְנֵנָה** psalmo septuagesimo primo. Exultabunt labia mea cum cantauero tibi. Et pro zere patha etiam in termino sententię ut **תִּפְלִחְנָה** Similiter **תִּשְׁלִחְנָה** Iob tricesimo nono. Incuruantur ad foetum & pariunt & rugitus emittunt. Hęc omnia foeminina cum accentu in penultima.

- ⊕ **פִּקֵּר** Deponentale, semper accentus in ultima, ut **לִקַּח** Iſaię quinquagesimo secūdo. Ablatus est populus meus gratis. Et ita siue habeat patha seu camez siue sægol in fine semper habet accentum in lamed hapaal. Excipitur **תִּרְנֵנָה** apud Ezechielem.

- ⊕ **פִּקֵּר** Accentus in ultima, & est uerbum infinitiuum, ut **גִּבְּ** Genesis quadragesimo. Quia furtim sublatus sum de terra hebræorum.

- ⊕ **אִפְקֵר** Futurum, accentus in Ain hapaal, nisi in iis qbus scua loco patha ponitur, quę sic se habent ut in prima coniugatione uisum est.

⊕ **הַפְעִיל** Coniugatio Tertia.

- ⊕ **הַפְקִיר** Accentus in Ain hapaal hoc est in ultima syllaba. Augetur uero per he in principio & per iod in medio (si licet inter Aia & lamed, & utrunq; agmentum notatur per hirek. Omnia alia huius deriuata modi & temporis preteriti



LIBER SECVNDVS

habent accentū in penultia, ut **הַפְקֹרֶת הַפְקֹרֶתִי**

**הַפְקִירוּ הַפְקִירוּ הַפְקִירוּ**

Præter secundam personam pluralis numeri tam masculini generis q̄ foeminini quæ confoſant se coniugationi primæ Et in foeminino ſingulari excipietis paucos locos, uidelicet Exodi uiceſimo ſexto. **הַבְרִילָה** Quo & ſanctuarium

& ſanctuaria ſanctuarii diuiduntur. Et **וַהֲבִיאתָ** Leuitici decimo quinto. Et die octauo offeret pro ſe ſacerdoti ea ad oſtium tabernaculi teſtimoniū. In his enim duobus locis accentus cadit in ultimam qui excipiuntur a regula. Alios accētus referatis ad imitationem nominum aut uerborum ſuperius expoſitorum. Sunt tamen quædam quorum lamed hapaal eſt gutturalis & accentus eorum cadit ſimiliter in Ain hapaal, ut ab iſtis uerbis **יִצְמַח הַשְּׁמַע יִבְטַח**

deriuando ueniunt **יִצְרִיחַ יִצְמִיחַ תְּשַׁמֵּיעַ** cum accentu in penultima ut lob xl. **תִּשְׁקִיעַ** Et ſune li

gabis linguæ eius. Sic **יִצְלִיחַ** Pſalmo primo. Et omnia quæcunq; faciet proſperabuntur. Sed uerius in ſingulari eſt interpretandum ſic Omne quod faciet proſperabitur.

De iis quæ in Na. deſinunt, notum eſt q̄ omnia uerba talia cuiuſcunq; coniugationis regulariter habēt accentū ante na in penultia uti ſupra uiſum eſt, ut **תַּעֲשִׂירָנָה** Pſal

mo lxxv. Multiplicaſti locupletare eam.

**תַּתְּפַעַל** Cōiugatio quarta. Qualitercunq; mutatur certe regulariter accentum imitatur ſuperiorum ut frequenter cadat in ultimam, ut **תַּתְּחִזֶּק** ii. Paralip. xxiii. Anno autē ſeptio cōfortatus eſt ioiada. Similiter per zere **תַּתְּבַרַר**

Deutero. xxix. Benedicat ſibi in corde ſuo dicens. Sic etiam

למטהר Leuitici xiiii. Præcipiet ei qui purificatur. Etiã  
 filoco he primæ literæ inuenitur aleph positum quod cre-  
 bro in hac coniugatione contingit, & ita in lingua quoq; Ba-  
 bylonica siue Aramea fieri consuevit, ut אשתוללך  
 psalmo lxxvi. Turbati sunt omnes sapientes corde, pro eo qd  
 dici hebraice deberet השתוללך In aliis etiam modis  
 huius coniugationis quartæ accentus obseruatur, sicut in cõ-  
 iugationibus superioribus secūdū analogiã ut ישתמר  
 Michæ sexto. Et custodisti præcepta Amri. Et per patha sic  
 תתהרר Prouerbiorum uicesimo quinto. Ne glorioſus  
 appareas coram rege. Quæ more solito cum terminant sen-  
 tiam, tunc scribuntur per camez ut אתורע Numeri duo  
 decimo. In uisione apparebo ei. Reliqua uos ipsi auditores  
 optimi analogice considerate. Finis Libri Primi.

## LIBER SECVNDVS

Satis ne iam, an minus, grāmatici officio in hebraica lin-  
 gua functi simus tuū esto iudiciū Adriane Cardinalis re-  
 uerendiss. q̄ ante annos xii. de iudaicis literis & earū ui-  
 acptate, nū de primitiuis dictiōibus unde solēt cetera uocabu-  
 la pficisci, ad extremū de arte literatoria p̄ quā deriuandi ac  
 inflectēdi ptes orōnis est data facultas in tribus Rudimento-  
 rū nostrorū libris cōscripsimus. D'inde aliq̄to post tpe cano-  
 nū experimēta & opatiōes in psalmorū septē cōmētariis ab-  
 soluim⁹. Nūc uero qd arti adhuc deerat de accētibus & recte  
 scribēdi modis tractauim⁹. Et qdē serēdū erat in hoc cessasse,  
 atq; puerilibus studiis finē posuisse, p̄sertim senē me, ac pp̄  
 terminum uitæ, qui optimo iure altiora contēplarer, uergēs  
 in uesperā, ni meus erga te amor ingēs & obseruatio tui mea

## LIBER SECVNDVS

quanta potest ab infimo in summum haberi, demum id age  
 ret ut his carceribus & hac meta consistere nequiverim, dum  
 cogitarem adhuc in sacra hebræorum scriptura uideri quid  
 dam reliqui cognitu dignum quo per tuum numen fruanti  
 erudiendi. Nam præter uocum & distinctionum notas signa  
 quædam cernimus in iudaicis bibliis uarie inter scripturarū  
 lineas collocata quæ studiosæ iuuentutis candidus affectus  
 æque admiratur, tamen non tam ad grammaticum quàm & ad  
 rhetoricum & ad musicum spectantia. De quibus sub tuo no-  
 mine per libellos sequentes non amplius binos quo ad eius  
 fieri poterit lectores discendi cupidos breui faciam certiores,  
 quantumlibet multorum iudicio ætati meæ non conueniat  
 encyclois disciplinis insudare, tamen est etiam curarum maxi-  
 marum aliquod leuamen, honeste cum pueris ludere. Post  
 enim quàm in aulis principum, Senatorii ordinis consulatum an-  
 nos undeuiginti, tum deinde Triumviratum Sueuiæ annos  
 undecim continuos sedulo gessi, tandem sedit animo, ut nup-  
 abdicato Triumviratu & secularibus negociis subito exactus  
 in ocio literario quiescerem, ac sacrosancta diuinitati confor-  
 tia legerem, mihi & deo, per quæ salutem perpetuam & cor-  
 dis tranquillitatem, uerumque gaudium ac non sicutum adipi-  
 scilicet. Quibus legendis multa inciderunt minutulis elemē-  
 tis & apicibus exiguis cohærentia, nomine parua, re maxima,  
 triuialibus artibus comprehensa, quæ necessario ad tam ar-  
 duas res intelligendas concurrunt, & sine quibus frustra in tā  
 sanctis literis sudamus. Eorum cum uiderem quoque habendam  
 esse rationem non neglectam, etiam ad ipsa studium meum  
 contuli. Et ita ut uniuersi cernitis in ætate prouecta gram-  
 maticus hebraicus euasi, quando non est nobis in hoc Sueuiæ  
 territorio ludæorum copia, quibus præceptoribus & quo-  
 rum quotidiano colloquio uteremur. lanquam gaudeo plurimum  
 eo uerum esse ut mihi liceat grauiam cum leuibus & seria cum ludis

mutare, quod ad Philoctetis Sophoclei sententiā proximè accedit  
 ἵπτι καίριος αὐτοῦ, πόνου λήξαντος, ὕπτιον κ' αὐτὰ πικρὰν ἔχοντα.  
 Ac simul id quicquid est quod in hebraicis sum consecutus  
 (Herde quod comparatione doctissimorum Iudeorum exi-  
 le nimium iudico) amicos tēlare nō possum. Sed per libel-  
 lorum editionem inter auidos sciēdi spargo discipulos, qui  
 bus aliquando uera erga me gratitudo inde accrescet quan-  
 tum cum deo fieri poterit uindicandi mei. Vt etiam si, ut p-  
 epistolam comminati sunt hostes mei, post excessum ē uita  
 leoni mortuo barbam uellant. Sed in aquam hęc scripta sint  
 Quæ uero in rē p̄sentē futura offerūt ad oriamur. Scriptura  
 sacra ut est omnis uirtutis & morum nutricia sic & decorū  
 illud in dicendo uenuste prosequitur, haud tantum in agen-  
 do. Vt ipsa pronuntiatio unum sensum uno spiritu modeste  
 depromat, non confuse, non permistim, non per præcipitia  
 more Cappadocum ut ille Pausanias Herodis Atheniensis  
 discipulus. *συσέχων. τὰ μακρονόμωρα, καὶ μικρύνων τὰ βραχέα*, sed  
 grauitate ac ordine quodam. Præterea deniq; nonnulla etiā  
 cum uarietate, ut orationis particulae quaedam sint inter elo-  
 quendum remissæ, quaedam exultantes, ne pigrae omnes, ne  
 longæ quæ sonum reddāt, ne item acres, celeres, crepitantes,  
 Prōinde inuenere modū proauū & patres nostri quo minus  
 luxuriosa redundaret sacratissimorum oraculorum enuncia-  
 tio, sed magis oratorio numero & cum maiestate proferret,  
 ne tāta spiritus sancti grauitas, terrestris animalis leuitate mi-  
 nueretur. Ne hoc ideo tractarunt præfici authores, ut sancta-  
 rum scripturarum oratio quæ ferri debet & fluere, dimetiē-  
 dis pedibus ac perpendendis syllabis consenescat. Nam id tū  
 ut asserit M. Fab. Quintilianus, miseri hominis in minimis  
 occupati est, qui relicto rerum pondere ac nitore contemp-  
 to, quasi tesseras Lucilio struat. Quod prius & Ciceroni  
 uisum erat. Quo magis admirentur uelim iuuenes, & hoc no-

LIBER SECVNDVS

stro artificio prouocati abstrusa huius lingue rimari assiduo  
 conentur, quoniam quidem ut sunt iuniores ita certe perspi  
 caciores, Prisciano Cæsariensi teste. Inuenient forte quid sit  
 in uero de hexametris lob, & aliorum canticorum mensuris  
 quas S. Hieronymus recitare perhibetur. Fateor ego in hac  
 causa ignorantiam meam, non potui hactenus de tota biblia  
 tris sui similes hexametros expiscari qui una ratione decurre  
 rent. Oratorum uero numerum deprehendo qui & breui  
 bus constat & longis ac simul tempore mensuratur & rhy  
 thmo. Inde motus sum ut de syllabarum quantitate tractatu  
 rus eam rhythmici facultatem potius rhetoricis consistere prin  
 cipiis putauerim quàm grammaticis, quia sermo quantumlibet ru  
 dis grammaticorum est qui accentus suos non iuxta tempo  
 rum dimensionem, sed solo inflectendi usu obseruant. Rhet  
 oricus autem accentus est artificiosa retentio spiritus, unde  
 nomen habentis ac retinaculi accepit, quod Hebræi apte  
 מתג nominarunt. De accentu igitur rhetorico qui orna  
 natus & suauitatis gratia circa dictiones uersatur, syllabarumque  
 quantitate constat nunc dicendum est, Qua in causa uocum  
 & syllabarum ratio habetur, quæ breues sunt, quæ longæ ut  
 eloquendo, & corripiantur breues, & longæ producantur.  
 Ex uocibus igitur decem quas in libro primo Rudimento  
 rum hebraicorum enumerauimus. Quinque sunt longæ &  
 quinque breues. Eas noiant Hebræi תנועות גדולות תנועות  
 קטנות id est motiones magnas & paruas. Sunt autem  
 longæ camez cum sua litera ut נ & nominatur camez ma  
 gnum. Tum zere cum sua litera ut ז & nominatur camez  
 paruum. Deinde holem cum sua litera uau ut ו & profertur  
 sicut, O. nostrum. Quarto surek uau ut וו quod profertur  
 sicut .v. uocalis nostra. Quinto hirek cum sua litera iod ut יי

Breues autem sunt hæc, Patha cum sua litera ut **נ** & nominatur patha magnum. Tum sægol cum sua litera ut **נ** nominatur patha paruum. Deinde hatteph camez cum sua litera **נ** Denicq̄ & surek absq̄ uau ut **נ** Demū hirek absq̄ iod, ut **נ** Quæ ut facilius memoria teneant neoterici, electa sunt duo memoracula hæc. Pro syllabis longis

**צוטר ייקו** Pro syllabis autem breuibus **צוטר ייקו**  
 Quod omne notariacum artificium est, & notis perficitur. Hoc ideo in primis demonstrandum fuit, q̄ nihil ad accentū rhetoricum qui breuibus & longis constat magis uideatur accommodatum & nihil aptius. Debet enim distincte ac ornate siue loquendo seu legendo syllaba lōga produci, & uox ipsa aliquando retineri, quo retinaculi nomē accepit uirgula in uim habens ad literam signata. Excipitur, si proxime accentus consequatur, ut **שמר** ubi **ש** quamuis sit longa (est enim camez magnum) tamen uox non est retinēda, nec syllaba producenda cum immediate sequatur grammaticus accentus & naturalis in **מר** Sin autem mediate aliquid inter sit, sicq̄ accentus sequēs à syllaba longa distare uideatur, tunc supra eandem syllabam lōgam, ut inde notetur productio quandoq̄ ponitur uirgula uel duo pūcta minutula sub alternatiue posita, non ut uox exaltetur & eleuetur, sed ut p̄thesin aliquantulum remoretur. Sicut & in latini s̄ sæpe dictū omnibus contingit cum syllaba longa regulariter in penultima deberet habere accentum & ille retrahitur ad syllabam præcedentem, nihilominus ea longa quamuis iam accētū suo naturali careat, ita q̄ non eleuetur, tamen ideo non est acceleranda in sermone, sed aliquantulum remoranda & producēda tempore ac quantitate, ut hæc pars in dedinabilis. Aliquā

LIBER SECVNDVS

do, quæ una est dictio, cuius quanquam accentus reflectitur à penultima ad antepenultimam, nihilominus tamen ista syllaba, quan. non correpte sed producte pronuciari debet, & uox acuta in. li. eleuari. Simili modo dicimus sí quando, neqñ prima acuta, sed tamen penultima producta tempore & quãtitate. Ita est in **וְשִׁמְרֵת** ubi accentus grammaticus & natiuus in **ת** distat a syllaba longa per media præcedente q̄ est **ש** ideoq; retinaculum ipsum (sic enim illam uirgulã tarditatis, posterius uocare libet) ad **ש** signamus ante uel retro, & legimus **וְשִׁמְרֵת** ubi prima uirgula est retinaculum, & secunda est accentus. Sic de zere **בְּרֵר** accentus grammaticus est in Res, quæ immediate sequitur literã Beth, quare ipsum beth quamuis per zere scilicet uocem longam punctetur, tamen illud enuciandus produci non finit, Sed si quodam interstitio distare cognoscat, tunc beth cū suo zere per retinaculum hoc est ipsam productionis notã designabitur, ut **וּבְרֵרֵת** Accētus hic in ultima permittit tertiam ante se longã syllabam produci ac prolongari. De holem cum sua litera pariter iudicandum est, ut **אוֹמֵר** **שׁוֹמֵר** ubi accentus in ultima non patitur syllabam proxime ante se produci, quãuis sit longa. Sed si aliquid intercedat, tunc permittit eandem longam per retinaculum designari ac remorari, ut **שׁוֹמְרִים** **אוֹמְרִים** Eodẽ modo experieris in furek uau, ut **קוֹמָה** **שׁוֹבָה** ubi accentus in Mem & beth non permittit produci primam syllabã quamuis sit naturaliter lōga, quia nihil inter ultimã & primã intercedit. Aliter sit aut cū dixerimus **שׁוֹבֵר** **טוֹבֵר**



ubi prima notatur per retinaculum & tarditatis notam, sed ultima signatur per accentum. Haud secus de hirek cum suo iod præcipiendū est. Nā si dixerimus **שִׁירָה חִירָה**

nulla nobis licentia erit primam producere, quanquā est longa, quoniam accentus in ultima cum sit proximus primæ syllabæ illud uetabit. Sed si inter easdem syllabas intercedat aliquid medium, certe poterit prima uox aliquantum retineri

& extendi, ut **וְהִדַּתִּי וְשִׁירָתִי** lam enim accētus distat à prima longa per syllabam mediā, ut sit locus regulę quam uobis de longis traditam esse uolo. Nunc quid præcipiam de breuibus audiatis, quarum canon hic est. Ut enim syllabæ longæ in sermonibus sunt producendæ nisi obstat exceptio, ita breues in orationibus sunt corripieudæ. Porro

excipitur si proxime sequantur uocales **אֶהְיֶה** tunc em̄ quæ præcedit breuis producitur & extenditur, pferendo ut

**יַעֲשֶׂה יְהוָה יְהוֹדִי יְאִסֹּת יַחֲרוֹב** In quibus uerbis quamquam prima est breuis, tamen quia sequitur una ex

**אֶהְיֶה** Ideo extenditur & producitur sonus eius, signaturq; per retinaculum, ut **שְׁאֵלוּ** Psalmo centesimo uicesimo secundo. Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem. Aliq;

tamen libri hic tenēt primam per camez. Sed illud indubitatum erit exemplū **מִהָרִן וְעֵלֶי** ubi est accentus grām

maticus in ultima & rhetoricus in prima, potissimū in libris orthographice castigatis, ut Genesis quadragesimo quinto. Festinate & ascendite ad patrem meum. Et sic de similibus.

Nunc ad magis particularia transeamus, qua in parte ut doctrina mea omnis appareat clarior, Res uniuersa deinde per canones agetur, quibus cupida discendi iuuentus longè facilius intelliget quæ docere uolumus. Igitur ante omnia id quod

## LIBER SECVNDVS

ad productionem pertinet, & uocis extensionem regulariter explanabimus, ostēdendo quæ neq; corripī per hatteph de beant neq; daggeffari.

### CANON PRIMVS

Ⓒ Omnis syllaba principalis quæ per camez scribitur, proxime añ seua, neq; daggeffanda est neq; corripieda, ut **אמר** **שִׁמְרוּ לַקְּחוּ יָדְכֶם** Dico autem principalem, cam quæ est primā substantialis.

Ⓒ Canon secundus. Omnis syllaba principalis quæ cum zere scribitur ante seua, neq; daggeffanda est neq; corripieda, ut

**וַיִּתֵּן עֵינֶיךָ הַצֵּאתוּ יָדְכֶם יֵצְאוּ**

Ⓒ Canon tertius. Omnis syllaba principalis q̄ per holē scribit̄ proxime ante seua, neq; daggeffanda est neq; corripieda ut

**אוֹמְרִים שׁוֹמְרִים הוֹלְכִים אוֹכְלִים**

Ⓒ Canon quartus. Omnis syllaba principalis quæ cum surek scribitur proxime ante seua, neq; daggeffanda est neq; corripieda, ut hic **הוֹבֵאתוּ יוֹמֵתוּ**

### CANON QVINTVS

Ⓒ Omnis syllaba principalis quæ cum hirek & iod scribitur proxime ante seua, neq; daggeffanda est neq; etiam corripieda, ut **פִּינָחָם יִמְצָךְ וַיִּרְאוּ וַיִּטְבוּ**

### CANON SEXTVS

Ⓒ Omnis syllaba principalis quam immediate sequuntur li teræ duplices, quarum prima scribitur cum seua neque daggeffanda est neq; corripieda, ut **שׁוֹבְכִים צִלְלוּ**

### CANON SEPTIMVS

Ⓒ Omnis syllaba tertia ante accentum grammaticum qui post eam eleuatur, neque daggeffanda est neque corri-

pienda per hatteph, ut in his uocabulis **בַּעַן אֲנֹכִי**

Excipiuntur **יִשְׂרָאֵל אֲבֵרָחָם וְגַעְבַּת** & si-

milia, quæ immediate post principalem syllabam aut seua retinent, aut dagges. Nam eiusmodi dictiones non patiuntur in principali syllaba retinaculum nec illam producant quantumuis post eam sequatur in tertia syllaba grammaticus accentus. Non sic autem iudicandum est de **וְגַתָּה וְכַתְּבָה**

& his similibus, ista enim per retinaculum producant principalem, eo quod dagges & hatteph id est seua non immediate sequuntur principalem dictionis syllabam, sed mediate. Quamdo itaque syllaba reperitur tertia ante accentum etiam si id contigerit in duabus dictionibus, ita tamen ut prior sit Makeph id est in regimine aut constructione sequentis continuatiua, tunc designari potest in prima syllaba retinaculum, ut hic

**יִקְחָהּ יִקְחָהּ יִקְחָהּ** idque similiter in omni contiguitate aut unione regentis & recti, constructis & constructi, quod nominatur Makeph accidit, ut si litera prima ministerialis seu accidentalis, aut forte principalis scribatur cum hirek, & post integram dictionem illam, sequatur alia dictio enditica continuata per Makeph (Dico autem enditicam, aut mono syllabam, aut quæ acuitur in prima) tunc prima syllaba prioris dictionis patitur retinaculum & uocis extensionem, ut

**מִקְרָא קֹדֶשׁ יִסְלַח לָהּ לְהַתְּחַזְּקוּ  
שְׂבַבַת זֶרַע מִשְׁגַּח בְּסֶמֶךְ גִּשְׁפַע לָרֶ**

& sic de similibus, quæ accentum suum propter enditica perdidit, & eum in sequentia reiecerunt, cæteris suis syllabis grauatis atque pressis ut non nisi principalis quadam extensione ac productione notetur.



## LIBER SECVNDVS

- Ⓒ Canon octauus: Omnis litera ministerialis seu accidentalis primaria quæ præcedit הויה siue היות patitur retinaculi .i. productionis notā, ut יהי ויהי אהיה יחיה כהיותם לַחַיּוֹת לַחַיּוֹת לַחַיּוֹת לַחַיּוֹת siue accen- tum ea suum relinquunt per hyphen, siue retineat per hypo diastolen. Sed hebræi pro eo q̄ est hyphen dicunt Makeph & pro hypodiasbole dicunt palek, cuius vim & uirtutem habet etiam pafsa.
- Ⓒ Canon nonus. Omnis litera de בבלם quorum mentio a nobis facta est in Rudimentorum hebraicorum libro tertio facie. 589. præposita literis accidentalibus deferuentibus alicui dictioni incipienti ab אההע notabit retinaculo ut במעשר במעשר במעשר במעשר in quibus etiam daggeffatur Mem primaria litera post ministerialem.
- Ⓒ Canon decimus. Omnis litera primaria, præposita uocalibus אההע recipit productionē & patitur retinaculū, ut האנשים האנשים החבמים & cætera.
- Ⓒ Canon undecimus. Si primam syllabam sequatur dagges, non imponetur ei retinaculum, hoc est q̄ tunc sonus eius nō producitur nec prolongatur, ut חטאתי Psalmo quin quagesimo primo. Peccatum meum contra me est semper. Secus autem erit si dagges per interuallum sequatur, nā tūc prima producitur & notat per retinaculū, ut החטאת
- Similiter ונתת
- Ⓒ Canon duodecimus Syllaba quæ præcedit hatteph patha uel hatteph sargol per retinaculum produciē, ut אחריו יעקוב Sin autem scribatur per hatteph non patha uel

non sagol, tunc non recipit retinaculum.

- Ⓒ Canon tertius decimus. Adoratiōis uerb i. **הַשְׁתַּחֲוִיָּה** principales literæ accidentales præcedentes, patiuntur retinaculum, ut hic **וַיִּשְׁתַּחֲוּ וַיִּשְׁתַּחֲוּ וַיִּשְׁתַּחֲוּ** Excipitur **וַיִּשְׁתַּחֲוּ** quod non producit primam, nec retinaculo notatur.
- Ⓒ Canon decimus quartus. Vbicunq; ponitur ab initio he litera interrogandi uel admirandi, ad illam ducitur retinaculū quæ & prolongatur, ut Genesis quadragesimo tertio habet **הַשְׁלוֹם הַעוֹרְגוֹ הַעוֹרְגוֹ אַבְיָכֶם הִי** & sic de similibus.
- Ⓒ Canon decimus quintus. Vbicunq; he litera præponitur præfenti temporis secundæ coniugationis siue tertiæ, uerbi gratia, **מִפְעֵל מִפְעֵל** ibi solet retinaculum duci, ut **הַמְדַבֵּר הַמְדַבְּרִים הַמִּלְרוֹת** Sic etiam **לְמִלְרוֹת** & sic Mem profertur liquide ac leniter.
- Ⓒ Canon sextus decimus. Si aliqua literarum **בְּכַל־מָה** in ueniatur deseruiens ante Mem uel nun ea produciuntur, & cū retinaculo scribitur, ut **בְּמַחְנָה בְּמַחְנָה** & ita de similibus.
- Ⓒ Canon decimus & septimus. Omnis dictio quæ habet accentum in prima, & construitur cum sequente per Makeph extendit primam & retinaculo notat, ut **מִלְד־מִצְרַיִם** **בְּעַל־פְּעוֹר** & sic de similibus.
- Ⓒ Canon decimus octauus. Omne uau in principio uerbi positū post quod immediate sequitur litera iod habens retinaculū extenditur & etiā cum retinaculo signatur, ut **וַיַּעַשׂ**

LIBER SECVNDVS

וַיְחַנּוּ וַיַּעֲמֵד וַתַּעֲמֹדָה וַיַּעֲמֵדוּ וַיַּעֲבִרוּ  
וַיַּעֲבִרוּ

⊕ Canon nonus decimus. Omne **מה** siue **מה** in statu constructionis quando unjuntur siue continuantur cum sequenti ab una illarū **אחי** incipiente, retinaculum suscipit.

⊕ Canon uicesimus. Omnis dictio parua id est quam seua reducit ad prolationem monosyllabicam uel quę per se est monosyllaba, in qua est iod uel in medio uel in fine, & cōtinuat̄ cum sequenti per Makeph, patitur retinaculum, ut **שני**

**שתי שתיים ימי איז בין מי איש היא**  
**שתי שתיים ימי איז בין מי שנים** & sic de alijs similibus.

⊕ Canon uigesimus primus. Vau in fine dictionis continuatiuę ad sequentem per Makeph recipit extensionem & retinaculi notam, ut est exempli gratia **או** & si qua sunt similia.

⊕ Canon uigesimus secundus. Vbiq̄ illud nomen sanctissimum Tetragrammatum est continuatiuum ad sequens per Makeph siue in statu regiminis seu constructionis, semp̄ est susceptiuum retinaculi, ut **יהוה אלהיך**

⊕ Canon uicesimus tertius. Siue zere seu holem in fine dictionis continuatiuę ad sequentem per Makeph retinaculum patitur, ut **בעני יהוה אלהיך** Similiter etiam

**שאת או ספחת**

⊕ Canon uigesimus quartus. Omnis dictio incipiens ab una illarum **ב כ מ** quę est ministerialis, & deseruit sequenti syllabę incipienti ab una harum uocalium **א ה ו ע** recipit in principio retinaculum, & producit, ut sunt **בעת**

מתג בעת מעל מחר מחוץ מעבר

- Ⓢ Canon uicesimus quintus. Litera uau in principio uerborū posita sæpe patitur retinaculum, præsertim in uerbis tertiæ personæ pluralis numeri quæ dicuntur secundum grammaticos ויקטרו ויגשבו ויפעלו ut sunt hæc ויקטרו ויגשבו ויפעלו ut sunt hæc ויפעלו ut cum dicimus וימטו ויענך וימטו ויענך Vbi sunt duo hataph aut seua. Similiter etiã usu uenit in uerbis ויפעלו quando uerba per nun incipientia deficiunt in nun, & loco eius daggesant in medio, ut ויהנו ויגשו ויפלו & similia cætera. Sed excipiuntur ea quorum uerba perfecta desinunt in gutturales ain uel heth, ut ויקחו ויסעו לקח ויסעו quorum perfecta sunt, uidelicet hæc לקח ויסעו & non habent in principio retinaculum.

- Ⓢ Canon uicesimus sextus. Omnis litera retinaculo producta, habens ante se syllabam cum litera ministeriali seu accidentali, opat etiã productionē in ea syllaba accidentali deferuiente לרהיבם בראשונים ויעשו ויהנו המנהגה למנהגה מפהרת

- Ⓢ Canon uigelimus septimus. Quando in dictionis principio post punctum seua simplicem sequitur immediate una ex uocalibus אההע id quod apud nos hiatus, & ab hebræis שבא הגעיא id est Seua boatus appellatur, tūc prima litera per seua notata patitur retinaculum, ut בחררי Psal. tricelimo sexto. Iusticia tua sicut montes dei. Et שאר

## LIBER SECVNDVS

psalmo lxxxi. Sumite psalmū & date tympanum. Et תתן  
 ut psalmo cix. Viuat anima mea. Et לעולם psalmo qua  
 dragesimo nono. Domus eorum in aeternum. Ex his omni  
 bus facile accipitis nobiles hebraicarum literarum amatores  
 quanta liberalitate amoris summi erga uos mei uelstram indu  
 striam in perdiscenda lingua sancta gratuito iuuare coner  
 qui post multa in Rudimentis hebraicis studia nostra quibus  
 uos & legere & intelligere, ac denum per artem grammati  
 cam & commentarios in septem psalmos inflectere deriua  
 re construereq; docui, ut ad manum habita & rite distincta  
 capitulis suis iudaica biblia (quod in primis opus est) uelstrū  
 quisq; tandem non expers eius linguæ quin potius nullo al  
 terius præceptoris ductu cum ingētū fructu & gloria ualeat  
 euadere, nunc accentus & syllabarum quantitates manifestis  
 canonibus explicauī, quatenus non modo quodlibet uocabu  
 lum grammaticè loqui uerum etiam rhetoricè eloqui possi  
 tis. Relicta uero adhuc superfuit quædam signa & notæ in li  
 teris biblicis de quibus admirationi studiosorum nondum sa  
 tisfecimus, & fortasse in his libris, propter urgentem chælo  
 graphi necessitatem, & imminētē Nūdinarū præsentiam  
 satisfacere nequimus. Ne tamen & easdem notas profusū  
 quicunq; ignorari cōtingat, uolui uel aliquā de illis nūc facere  
 mentionem. Solent enim quædam literæ dupliciter enuncia  
 ri quæ in libro primo de Rudimentis hebraicis uix summis  
 digitulis attigimus. Et dicuntur בגר כפת Quarum sin  
 gulæ aut duriter proferuntur aut leniter. Nam cum duriter  
 enunciandæ sunt tum solent scribi per pūctum in uentre de  
 pīctum qui dicitur Daggēs ita • Sin autem leniter ueniēt  
 proferendæ, commodum ducitur superficialis linea minutu  
 la & breuis supra caput uniuscuiusq; præpositorum elemen  
 torum sic — & dicitur Raphe. Hoc modo distinguimus pro  
 nunciationem syllabarum. ba & va. item ga & gha. itē da &



cha, item ca & cha, item pa & pha, item ta & tha, & similiter in aliis uocibus. e. i. o. u. Fortiter autē **א**pla tā noīamus daggeffa ta, & leniter enunciata dicimus raphata. Omnes itaq; ut arbitror, natura ducimur & forte ita consueuimus primas syllabas in dicendo quadam ui & masculino conatu exprimere, ut ferè omnis syllaba cuiusq; dictionis prima, si generalem uel naturam uel consuetudinem animaduertere uelimus recte dici queat daggeffanda, nisi quid moribus istius cō, tigerit obstare. Vnde generalis hebræorum canon est **כִּי בֵּל**

**אֵוֶת שֶׁ בֵּרַת רִיבָה לְחֵוֹת רֶגֶשׁ** id est.

Quæ omnis litera consona quæ est in capite dictionis regula eius extat ut in plurimum, q̄ sit dagges id est fortis. Hæc cōmunis regula patitur exceptiones, quando una ex his uocalibus præcedit quæ dicuntur **יְהוָה** & multo maxime ante istas literas **בְּגִרְכַּבְתָּ** Nam hæc solæ sunt ancipitis perlationis, quas ut diximus in utranq; partem proferre possumus uel fortiter uel leniter. Tunc enim litera prima cōsonas dictionis quam præcedit una ex iam dictis uocalibus debet raphari siue aspirari aut leniter pronuciari, nisi obstet exceptiones quæ destruunt legem ichu. Exceptiones autem quæ impediunt canonem de **יְהוָה** id est ichu hebraice noīant

hoc modo **רַפְסִיק רַרְחִיק רֵאֵתִי מַרְחִיק**

**מֵדָה קֶטְנָה שְׁתֵּי אֲוֵתוֹת רֶצוּפוֹת**

**שֶׁ תַּחַת הַרְאֵשׁוֹנָה שֶׁבֵּא בֵּית וּפֶה**

**וּבְמֵ וְיֵא וּמְפִיק** Primū itaq; in literis supra me-

mora: is impedimentum quod destruit regulam de **יְהוָה**

est tunc, quando inter literam finalem præcedentem quæ est de ichu, & literam dictionis sequētis exordialcm quæ est de

**בְּגִרְכַּבְתָּ** quas supra monstrauimus, mediat diuisio p-

LIBER SECUNDVS

uirgulam erectam signata quæ dicitur **מַפְסִיק** ut hic  
**בלה** | **עשו** Genesis decimo octauo. Virum clamorē  
 qui uenit ad me compleuerint. Similiter etiā **ואשרות**  
**באש** | **אותו** Deute. ix. Vitulū arripies igne cōbulli  
 Locū istū p̄ tropos cognoscimus q̄ dicūt **מַלְכִים** de qui  
 bus in libro tertio faciemus mentionem.

- ⊕ Secundum impedimentum **רַחֵיק** tunc est, quando syl-  
 laba præcedē is terminata in unam ex literis iehu præcipitat  
 in sequentis dictionis monosyllabice literam primam quæ  
 est de **בגרכפת** ita q̄ ipsa incumbit in eam, habens ta-  
 men accentum ante ultimam, ut **ואעירה בם** Deu-  
 tero. tricésimo primo. Et inuocabo contra eos cœlum & ter-  
 ram. Sed & hoc quoq̄ fallit aliqñ, ut **ידעתיד בשם**  
 Exodi tricésimo tertio, præsertim cum dixeris noui te ex noīe  
 Similit̄ **את הכבש אחר תעשה בבקר**  
 Numeri xxxviii. Vnum offeretis mane.

- ⊕ Tertium impedimentum **אֲתִי מַרְחִיק** tunc est, qñ  
 litera he terminat præcedentem dictionem paroxytonam in-  
 ter duas dictiones enditicas indinantes adinuicem per ma-  
 keph, cuius postrema est dictio monosyllaba siue per seua  
 monosyllabata aut enditica quæ accentum habet in prima  
 ut **ועץ עשה פרי** Genesis primo. Lignumq̄ faci-  
 ens fructū. Sicut etiam **ה למתים תעשה פלא**  
 Psalmo lxxviii. Nunquid mortuis facies mirabilia

- ⊕ Quartum impedimētum **מִלֵּה קִטְנָה** tunc est, quā  
 do præcedēs dictio est monosyllaba & sequitur altera q̄ ab  
 una ex literis **בגרכפת** incipit ut **מֵה יקרא לו**  
 Gen. ii. Quid uocaret ea. Et **זה בני חַי** Regum iii.  
 Hæc dicit filius meus uiuit.

- ⊕ Quintum impedimentum **שתי אותיות** tūc est, qñ una litera geminatur & sub priore notatur seu a tunc eadem daggeſſat, quīs p̄cedat una ex iehu, ut **יהי בבואה** Iosue decimo quinto. Qui cum pergerēt simul suaſa est a uiro suo. Item **ובני דרן** Genesis xxv. Filii dedan fuerunt.
- ⊕ Sextum impedimentū **בית ופה** tunc est, quando post unam ex iehu terminalem præcedentis dictionis sequitur dictio hñs in principio b. & p. tunc daggeſſat ut **ואכברה בפרעה** Exodi xiiii. Et glorificabor in pharaone.
- ⊕ Septimum impedimentum **ב מ** tunc est, quando dictio sequens incipit a b. & m. & præcedens definit in unam ex literis iehu tunc beth daggeſſatur, hanc regulam addiderunt & tradiderunt ludæi in Gallia commorati, ut hic **בעברי במשה אשר שמתי במצרים** Exodi decimo quinto. Cunctum languorem quem posui in ægypto.
- ⊕ Octauum impedimentum **א י** tunc est, cum dictio terminatur in iod aleph, ut pleracq; faciunt chaldaica, tunc si sequēs incipiat a litera **בגרבפת** ea litera daggeſſatur quīs aleph sit una ex literis iehu, ut **ארבריא דתבריא הפתיא** Danielis ter tio. Tyrannos optimates & præfectos omnesq; principes regionum.
- ⊕ Nonum impedimentum **מפיק** relatiuum tunc est, cum uel he uel uau uel iod designans relationem præcedit uocabulum, incipiens ab uua ex begadchepath, nam ea tunc dag-

## LIBER SECVNDVS

gessatur quantumlibet præcedat iehu, ut **מַחֲצִיתָהּ**  
**בְּבֹקֶר** Leuitici sexto. Medium eius mane & mediū ei us  
 uespere. Sic haud absimiliter iudicāndum est de uau Mappik,  
 ut **יָרִיו תְּבִיאֲנָהּ** Leuitici septimo. Tenebit mani  
 bus adipem hostiæ & pectusculum. Pariter de iod mappik  
 ut **שָׂרִי גְבוּרָתִי** Genesis decimo quinto. A facie Sa  
 rai dominæ mææ fugio. Omnes istæ à communi quatuor li  
 terarum **יְהוָה** regula exceptiones iam pridem à nobis  
 recitatæ etiam suas habent fallētias, ut aliquando contra ca  
 nonem exempla reperiantur. Quod ad exercitādum ingenia  
 plurimum ualeat, ne torpeamus segnicie, nihil eīm in sacra scri  
 ptura sit sine ratione. Igitur ex iis quæ uobis ego mansuetissi  
 mus præceptor paucis deliniaui cognoscere poteritis opti  
 mi auditores mei, Canonem haud contempnendum de sex si  
 uultis literarum elementis **בְּגַרְבַּת** quando leniter  
 pronunciarī & quando fortiter exprimi debeat. Cum enim  
 una ex literis **יְהוָה** præcedentem dictionem terminat, re  
 gulariter sequentis dictionis prima litera debet leniter pro  
 nunciari. Nam sunt hæ quatuor literæ multa propinquitate  
 nomini diuino ineffabili iūctæ, propterea cum quadam mā  
 suetudine, lenitate ac quiete prolationem post se faciunt, Sic  
 eīm legitur Malachię ii. **וְיִבְטְאוּ שְׂמֵי גְהַת הוָה**  
 qđ nos legimus à facie noīs mei paulābat, quis recti legeret  
 ppter nomē meū leniuit ipse. Sane ut est oīs regula (qđ etiā  
 iura ciuilia statuerūt) nō ab q̄ ulla exceptiōe intelligēda. Sic  
 & hoc in loco apuimus uobis nouē impedimēta quæ canoni  
**יְהוָה** seu ut aliq̄ grāmaticorū dicūt **אֲחֵרֵי** resistunt, re  
 gulamque destruunt, quamuis eius uos hic iubeo memo  
 res fore q̄ in qualibet canonum expugnatione reperiuntur

facræ scripturę loci nonnulli qui & restitunt regulam iehu,  
ex ipsiſ pariter ſacrę ſcripturę locis canonem erigentes.  
Qua in re memori decet mente complecti, quod iterum uos  
iterumq; admonuiſſe uolumus, idq; ad omnes libros chal/  
cographo typo impreſſos & imprimēdos referri iubemus;  
q; ubicunq; in bibliis non inſigitur punctus dagges in harū  
literarum בגר כבֿרת umbilico, ſemper ibi debet  
ſubaudi ac intelligi Raphę, hoc eſt lenitas. Quædã ſiue aſpi/  
ratio lenis. Quod ſit ad curas & labores chalcographi dimi/  
nuendos, nō ſic autem in libris ſcriptis, ubi ne quidem apex  
nec uel atomus deeſſe debet.

¶ Inueniuntur & alia duo puncta ad orthographiam deſeruiē  
tia que in uocabuliſ proferendis multum operantur, eorum  
enim notuliſ dictiones inter ſe crebro diſtinguuntur per Sin  
literam conſcriptę. Solet autem punctus ſupra conſonantem  
Sin uarie depingi, aut em collocatur in dexterū nobis latus  
& appellatur ימין aut in ſiniſtrum & uocatur שמאל  
Eorum prolationes in libro Rudimentorum noſtrorum pri  
mo late tractauimus. Quædam igitur uocabula obtutibus  
diſcipulorum oſtendimus illiſ pūctiſ designata, ut inde qſq;  
iugi ſtudio cætera legendo bibliam ugnari cōſueſcat. Primo  
itaq; incipimus à uocabuliſ lemin.

אש Igniſ. Genēſ xv. Et lampas igniſ tranſiens.

שם Nomen. Genēſ. xvi. Vocauit aut Agar nomen dñi.

שיר Canticum. Pſal. Cxlviii. Cantate dño canticū nouū.

סור Muruſ. Genēſ xlix. Filie diſcurrent ſupra murum.

ראש Caput. Genēſ tertio. Ipa conteret caput tuum.

בראשית In pñcipio. Genēſ. i. In principio creauit deus,

LIBER SECVNDVS

- נָחָשׁ** Serpens. Genesis iii. Serpens deceptit me.
- נַפְשׁ** Anima. Gen. xiiii. Da mihi animam.
- שָׁבֻעַ** Hebdomada. Genesis xix. Imple hebdomadā dierum huius copulæ, & scribitur sine vau.
- שְׁבוּעָה** Iuramentum. primo Regum xiiii. Timebat eīm populus iuramentum, & scribitur per vau.
- שָׂאָג** Rugiuit. Amos. iii. Leo rugiuit.
- רָשָׁע** Impius. Prouerb. xi. Impius facit opus instabile.
- שֵׁשׁ** Sex. Exodi xx. Sex diebus operaberis,
- קְדִישָׁה** Meretrix. Genesis tricesimo octauo. Non fuit in loco isto meretrix.
- שֶׁמֶשׁ** Sol. Iosue x. Sol contra Gabaon ne mouearis.
- מִשְׁכָּן** Tabernaculum. Exodi uicesimo quinto. Iuxta omnem similitudinem tabernaculi.
- שָׁמַיִם** Cœlum. Gen. primo. Creauit deus cœlū & terrā.
- תַּרְשִׁישׁ** Tharsis. Ionæ. i. Ut iret cum eis in Tharsis
- שָׁמַע** Audi. Deutero. sexto. Audi Israel dominus deus uester deus unus est.
- פָּרָשׁ** Nobilitaris. Exodi decimo quarto. Omnis equitatus & currus Pharaonis.
- נְשָׁמָה** Spiritus. Isaïæ secundo. Quiescite ergo ab homine cuius spiritus in naribus eius.
- אִישׁ** Vir. Psalmo primo. Beatus uir.

- אִשָּׁה Sine iud. Mulier. Gen. ii. Hæc uocabitur uirago.
- אִשָּׁת Mulier. Prouerb. xxxi. Mulierem fortem quis.
- בִּוְשָׁה Confusio. Psal. lxxxix. Perfudisti eū confusione.
- גֶּשֶׁם Pluuia. Isaïæ lv. Quō descendit imber & nix.
- רֶשֶׁן Pinguedo. Psal. lxiii. Sicut adipe & pinguedine.
- הוֹשֵׁעַ Osee. i. Verbū dñi qđ factū est ad Osee filium.
- וַשְׁתִּי Ester primo. Vasthi quocq; regina fecit conuiuuiū
- הַרְשָׁה Nouum. Ecclesiast. i. Nihil nouum sub sole.
- טַבַּח Psalmo xix. Coagulatum est sicut lac cor eorum.
- יֵשׁ Est. Psalmo vii. Si est iniquitas in manibus meis.
- בַּחֹשׁ Negauit. Leuit. vi. Negauerit pxio suo depositū.
- לִשְׁחָן Lingua Psalmo xii. Linguam magniloquam.
- מִשְׁיַח Vnctus. Leuit. iii. Si sacerdos q̄ unct⁹ est peccauit
- גִּשְׁרֵי Vtura. Psal. xv. Pecuniam suā non dedit ad usurā.
- עֵשֶׂת Candidum. Canticorum v. Vēter eius eburneus.
- פָּשַׁט Nudauit. Canticorū v. Expoliaui me tunica mea.
- קֶשֶׁת Arcus. i. Regum ii. Arcus fortiū superatus est.
- רֶשַׁע Pauper. Prouer. xxi. Diues & paup̄ obuiauerūt sibi.
- שְׂאֵלָה Petitio. iii. Regū ii. Petitionē unā paruulā deꝑcor
- חֲשֵׁב Nouē. Deutero. iii. Nouē cubitos hñs lōgitudinis.

## LIBER SECVNDVS

Vidistis pauca per Sin iemin scripta, nunc & aliqua etiã quãtumlibet pauciora per Sin Smol composita exercitii gratia cum nullo tædio animaduertite.

**צִנּוֹת** Numeri iiii. Tolle surymam filiorum Gerfon.

**שֵׂאת** Leuitici tredecimo. Homo in cuius cute & carne ortus fuerit diuersus color.

**שִׁטִּית** Numeri. Et si nō polluta es defeto mariti thoro.

**שִׁיחַ** Genesis ii. Et omne uirgultum agri.

**שִׁגְגָה** Iob viii. Aut crescere carectum sine aqua.

**שִׁיג** iii. Reg. xviii. Forsitan loquit aut in diuersorio est.

**שִׁגְבַת** Deutero. secundo. Non fuit uicus neq; ciuitas quæ nostras effugerat manus.

**שֵׂאֵר** Exodi xii. In die primo non erit fermentum.

**שֵׂר** Geñ. xxxix. In conspectu principis carceris.

**שִׂמְחָה** Geñ. xliiii. Et ponam oculos meos super illum.

**שִׂמְחָה** Ecclesiastis ii. Sapientiam scientiam & læticiam

**שִׂשׁ** Isaiæ lxi. Gaudens gaudebo in domino.

**שִׁחַק** Ecclesiastis ii. Risum reputaui errorem.

**כֶּבֶשׂ** Isaiæ xi. Et habitabit lupus cum agno.

**כֶּשֶׁב** Leuitici iiii. Si agnum obtulerit coram domino.

**בִּשְׂרָא** Psalmo Cxlv. Et benedicat omnis caro.

**עֲשֵׂה** Threnorum ii. Fecit dominus quæ cogitauit.



- שֹׁפַח Genesis xi. Erat autem terra labii unius.
- שׂוֹמְאֵל Job xxiii. Si ad sinistra quid agā non apprehēdā.
- יִשְׁשׁוּבֵר Genesis xxx. Appellauitq; nomē eius Isachar.
- שֵׁעִיר Genesis xxxvi. Patris Esau in monte Seir.
- עֵשֶׂר Genesis xlv. Addens ei asinos decem.
- שׂוֹרְקָה Gen. xlix. Et ad uitem fili mi asinam suam.
- שֹׁם Exodi quarto. Quis fecit os hominis.
- שֵׁעִיר Leuit. xvi. Qui dimiserit caprum emissarium
- שְׂרֹתָה Leuit. xxi. Bouē & ouē aure & cauda amputatis
- שְׂרָתָה Numeri xxi. Fac serpentem æneum.
- עֵרֶשׂ Deutero. iii. Et monstratur lectus eius ferreus.
- שְׂמֵלָה Deutero. xxii. Similiter facies de asino & de ue-
- stimento.
- שְׂבִיל Prouerb. iii. Et disciplinam bonam coram deo.
- שְׂרָעָה Psalmo Cxxxix. Cognosce semitas meas.

Igit q̄ res ad recte scribendi exercitiū nō neglectę opę uo-  
bis esse debēt, breui adnotauimus, Sed modo præstat in iis q̄  
ad hūc librū illustrandū amplius attinere uiderent, etiā disci-  
pulis relinq̄re ad singularē studiorū suorū cōsequēdā laudē  
cogitādi & inueniēdi locū, ne metētes, totū agrū absumamus  
u'q; ad solū, ut remanentes spicas, nō inueniāt peregrini, q̄d  
lege ueritum est. Satis fuerit erudiendis ansam præbuisse.

FINIS

## LIBER TERTIVS

גגג

**P**rimus fertur omnium Moyſes, ſcriptor antiquiſſimus, ut noſti **ADRIANE** Literatiſſime, conceptū mentis iubulum docuiſſe in certos articulos & membra redigere, cum quodam haud inerti ſono, ut poſtq̄ mortaliū aliquis puritate cordis ſui, munificentias dei tacite perluſtrans & animo percurrēs, ineffabili gaudio fuerit læticiaq̄ correptus, maieltatem omnipotentis ac diuinam bonitatem, conglobatis ſenſibus uelut è quodam fonte copioſiſſimo in exultationem prorūpens, modulatione uocis & lingue artiſci motu, diſtincte ſimul & ubertim laudare queat. Id quod poſt tranſitum maris oſtendit filiis Iſrael dicens. Cantabo domino. Sic enim textus habet. Nam quod nos legimus. Cantemus domino, potius ex Onkelo Chaldaeo q̄ de hebraica ueritate traductum eſt. Vnde poſteris irualuit conſuetudo quæ & uſq̄ huc etiam moribus gentium comprobata eſt, ut Deum diuināq̄ quantumuis inenarrabilia uolentes oratiōe ſancta ornare, hymnis & carminibus rem ſacram faciant. Cuius rei Homerus ille perueſtuſtus quidem autor, ſcripſit louē cantibus Achiuorum eſſe oblectatum. Quod poſt Hebręos legimus Arcadas uel ante lunam ut fabulātur genitos, uel alias inter hominum primos humanitate præditos uſu crebro fuiſſe imitatōs. Athenæus enim de cenſis ſapientum libro decimo quarto. Arcades, inquit, pueros ſuos à teneris annis docuerūt iuxta patriæ legem hymnos & præanas canere, quibus & dii eorum & heroes laudarētur. Orphei quoq̄ & Liniatq̄ Muſci tempore cūcta diuina præconia canticis efferebātur & rhythmis. Quos poſteritas omnis ſequuta eſt, nō tām ut nos ipſos modorū aptitudo & proportio exhilararet, ſed etiā q̄ nihil eſſet deo accepti⁹ Muſica, qui omne opificiū ſuum ut Pythagoras Architas & Plato, ceteriq̄ philoſophię

principes asseruerunt secundum harmoniam fabrefecit, Plutarcho teste in lib. de Musica. Qua in re ad hanc usque ætatem sequuta est gens Hebræa Moylen suū, q̄ sacro sanctā scripturam omnem, miro modo in synagogis quotidie suis quadam uocatione cantillare dicunt multis mihi referentibus, nō q̄ ego ipse in sacris illorum adeo diligens uel spectator uel auditor fuerim, cui plane nulla iudæorum relicta est cōuersatio quippe cum fuerint prope toto uitæ meæ tpe a mea patria ex acti & extorres iudæi, nec in ullo ducis Sueuorum territorio habitare audeant, ubi certe mihi annos iam triginta quinqueq̄ domicilium contrahit. Eapropter non usu & cohabitatione sed frequēti lectione, de iudaicis quicquid doceo, discere cogor. Scripsit autē nobis quæ paulo ante recensui uenerabilis doctor Nicolaus de lyra, ordinarius expositor bibliæ in primi Paralipomenon cap. ii. ubi sic interpretatur canentes atque resonantes, id est legentes in libris legis diuine, q̄ lectio fit per modū cātus ratiōe accētus, hæc ille. Cui & Paulus Burgēsis episcopus addidit ita. Scripturę sacrę textus legit cōiter ab hebræis in suis scholis per modū cantus, non ratione accentus. Quia accentus posset proprie seruari sine cantu. Sed hoc fit ratione sententię, ut est notū peritis in illa lectione. Vnde & alio cantu utunt̄ in psalterio, alio in prophetis, alio in libro Iob alio uero in libro puerbiorū & huiusmodi, licet q̄ ad accentum uniformiter se habeant in oībus libris, hæc Burgenfis. Quæ ambo doctissimorum uirorū diuersa problemata concordie reddi poterunt si accētus ipsius multiplex diuisio qua supra functi sumus accurate cōsideret̄. Negari em̄ oīno nequit cuncta rimando, quin pro ratione grammatici accētus etiam accentus ille musicus sit exortus. Inde hoc extat q̄ trophi modulorū in locum & uicem accentus grāmatici successerūt, & uirgulę quas in lib. prio syllabis ac literis affixim⁹, hoc tertio lib. in figuras tropicas & notas cationū transfiguratur.



## LIBER TERTIVS

Sed id etiam haud minus uerum est q̄ ipsam sententiæ ueritatem tropi musici discernant, ita q̄ Mulicæ profodiæ surroganter dare locum soleat accentus natiuus, & item nihilominus sonorum uariatio sententię ueritatem explanet, proinde aliud est etiam eius officium ingens quidem & haud scio an maximum, q̄ eo cantu tepor & somnolentiã nostrarum mentium ualeat excitari, quo spiritus ille noster interpellãs gemitibus inenarrabilibus, uel nobis ignorãtibz feruentissima desyderia effundat ad deum. Quapropter circa musicum hũc accentum synagogæ lectoribus sua est opera & propriũ atq̄ diligens studium, qui merentur inde singuli quicq̄ pro singulari sua canendi dexteritate constitutum præmium. Ad accẽtum igitur illum exacte tradendum nos ipsi non adeo multa sollicitudine torquemur, quando passim cãtoribus magistris ea ars haberi potest si quis ludæorum synagogis interesse gaudeat, nisi q̄ ea penitus ignorare studiosos pro nostra diligentia non patimur quæ uulgo circumferuntur, & à ludæis græce Tropi, hebraice **גגיות** hoc est soni appellant. Omnis igitur dictionis prolatio requirit saltem unum sibi accentum quo uox resonet eminentior, siue fuerit Rex ille, siue minister. Excipienda est dictio constructiua per Makeph, sequenti dictioni contigua, quæ cum ita iungatur alteri ut totũ quasi compositum una uideatur esse dictio, inde proprio nõ eget accentu. De illis autem accentibus quidam dicuntur Reges, qui sermonem pro suo dominio distinguunt, & ad rectã intelligentiam quoslibet scripturæ uersus ordinant per sonũ æquabilem atq̄ constantem. Alii uero qui Regem p̄cedunt Ministri uocantur. Sed Reges quamuis sint supra grammaticorum leges, & orthographiæ regulas sæpe destruant, tamẽ dominantur solum in Bibliæ uno & uiginti libris. Non autẽ in tribus illis qui sub memoriali **מכתב** continentur, id est lob, Prouerbiis & Psalterio. Reges itaq̄ sunt qui ex om̄i ser

monis aut orationis commate, unius & quidem principalis dictionis syllabam acuunt & eleuant, ad concitandum mētis iubilum, quo diuinus contemplator ad excessa intendit animum, cæteris omnibus syllabis grauatis etiam quæ iuxta grāmaticam artem accentus acuti aut circumflexi essent capaces. Vnde in nullo dictionis loco residet accētus musicus, nisi posset idem esse accentus grammaticus, præter paucos sacre scripturæ uersū. Vt si, uerbi causa latinis utamur, illud nobis eneidōs primo succurrat. Manet alta mente repostum iudiciū Paridis. Non dubium quin accentus grammaticus in qualibet huius membri dictione habitet. Sed accentus musicus in solis dictionibus alta & paridis dominabitur, et quidem in earum primis syllabis, ita ut uersum sonemus. Manet alta mente, repostum iudiciū Paridis. Habebit itaq; accentus in alta, præcedentem accentum grauem in uerbo manet, qui dicitur eius minister, eo q̄ more aulico ministeriales præcedant pompam regum, & sequuntur regem consules ac patricii. Quapropter exempli gratia dicamus q̄ dictione. Alta, duos habet quodammodo ministros, unum qui uere dicitur minister, & præcedit eam in uerbo. Manet. Alterum qui patricii loco est & non ministri uidelicet in uerbo. mente. regemq; sequitur. De latinis analogice hebraica quoq; capeffite. Oēs enim sententiæ haud absimiliter colis & cōmatibus distinguuntur. Præponamus igitur oculis illud Genesis primo capitulo.

**וַיַּעַשׂ אֱלֹהִים אֶת־הַרְקִיעַ** quod nos legimus  
 Et fecit deus, firmamentum. In quo nobis duo dicuntur, scilicet firmamenti opus, & qui fecerat illud. Primi commatis rex est Zarca, & habet unum ministrum præcedentem qui nominatur Munah. Secūdi commatis est Segulla, & nullum habet ministrum, quia dictione præcedens est dictione coniunctiua seu constructiua quæ dicitur Makeph. Nam illud quod ad articulum ha. notatur non est accentus, sed retinaculum.

## LIBER TERTIVS

Ex omni autem numero reges sunt decem & septem, quā alii numerant tantum duodecim, qđ ideo fit, quia sunt quidā reges quibus nulli sunt ministri, & alii quibus tantum unus & alii qui consimilia habent nomina & prolationes pares ut Teres & Taršim. Sic Pafer & Pasta, unde accedit ut duo p uno reputentur. Ministri autem generaliter sunt septē, speci aliter autem plures. Nomina regum & figuræ sic sunt.

Trifum Graduum	שלשלת
Proprietas	סגלה
Ternarius Magnus	תלשאת גדולה
Disperfor paruus	פור קטן
Disperfor Magnus	פור גדול
Expulfor	טרס טרסיים גרש
Tornator	יתב
Planator	פשטא
Erector paruus	זקת קטן
Erector Magnus	זקת גדול
Paufator	אתנחתא
Sparfor	זרקא
Perfectum	לגרמ' פק'
Quadrum	רביע
Frangens	חביר
Palma	טפתא
Summa	סילק

Nomina uero Ministrorum sunt hæc sequentia.

Ambulans אולא

Hastile מירבא

Subulinum Cornu מאיילא

Gradus Circulus דרגא גלגל

Triplex paruum תלישא קטנא

Et postea sequitur שופר id est Cornu, quod in quatuor singularia diuiditur. Primum nancq; dicitur

Cornu Repositum שופר מונח

SECUNDVM

Cornu Reuersiuum שופר מהפך

TERTIVM

Cornu Exaltatum שופר עילוי

QVARTVM

Cornu Sustinens שופר מברבל

Distinctor Gnomonis

At פסק quod figurā habet. לגרמי neq; de regibus est neq; de ministris. Et hæc est inter eos differentia, q; post לגרמי nunquam uenit Athnahtha id est pausator, neq; reperitur apud illum aliquis ex regib; nisi quatuor isti, Pazer, Rebia, Teres & Pasta, & rursus legarmia sustentat sonum uerbi, sed Pafek non sic.

Nunc ad expeditionem Regum ordine transeamus.

שלשלה Figuram habet sicut lima ferri, & non utitur ministro, & semper uenit in uersu, inter dictionem quæ præ

ידה מן ימי

LIBER TERTIVS

cedit, & dictionem quæ sequitur.

Ⓢ סגולה Tria habet puncta, sic א & ponunt illam figurā supra finem dictionis. Et quandoq; ponunt duas סגולות in una dictione, alteram super litteram ubi debet esse accentus, ut sciatur q; ibidem sit accentus grammaticus, alterā ad finē dictionis iuxta sedē suā, ut מעשה חרש אבן Exo. xxviii. Et שופר מונה ministrat ei, & præterea nihil aliunde. Et semper uenit post zarka uel unum uel duo, Exemplum de uno למעו ידעו ררתיכם Leuit. xxiii. Exēplū de duobus zarka llaia quadragesimo quinto. Hæc dicit dñs Christo suo Cyro cuius apprehendi dexterā. Vbi contra regulam Segula ponitur in principio uocabuli Cores hoc est Cyrus, & præcedit unū zarka in liue Adonai, & in fine Christo suo alterum zarka.

Ⓢ תלישא Magna figuram habet sicut uirgula in capite habens circulum sic א Et ita etiam Thlissa minor sic א Et solet quandoq; accidere, cum non habeat prima litera notā accentus q; etiam in una dictione inueniantur duæ Thlisse, quæ quidem sententia ualet etiam in parua. Et oēs ministri magnæ Thlisse שופרות מונחים id est cornua reposita, uel à magno etiam ad paruū. Sicut וראה חכחו את הגגע בעור אבשר Leuitici tredecimo. Qui cum uiderit lepram in cute, Vbi præcedunt tria cornua, secundum tres antecedētes dictiones, nā quarta dicitio non designatur nota accentus, eo q; est Makeph hoc est constructibilis cum sequente in statu regiminis. Et sic ultima dicitio cum non habeat accentum in prima, solet a pluribus per duas Thalfas notari, sic אבשר quorum tamen



נגינה ultimum quidam uocant Tharfa. Inueniuntur & sex cornua  
reposita quæ uni Thalsæ præcurrere deseruiunt, ut hic

וְעַל־הַנְּחֹל יַעֲלֶה עַל־שִׁפְתוֹ מִוֶּה  
וְמוֹה בְּלֶעֶז מֵאֵבֶר Ezechielis quadagesimo

septimo. Et super torrentem orietur in ripis eius ex utraque  
parte omne lignum pomiferum.

⊕ פֶּזֶר קָטוֹ Figuratur sic \* & omnes qui ante eum sibi  
ministrant sunt Sopharo:h Munahim id est cornua reposita  
Exempli gratia ut אִישׁ אִישׁ בִּי יְהִי טָמֵא  
לְגַפְשׁ Numeri ix. Homo qui fuerit immundus super  
anima.

⊕ קֶרֶן פֶּזֶר Figuratur sic \* & secundum alios dicitur  
Pazer gadol, & id quod supra noiaumms Pazer gadol, alii  
appellant Pazer caton. Ponamus ergo quod Pazer gadol &  
Canepara sit unus tropus. Sic duos habet diaconos siue mi-  
nistros qui præcedunt eum. Quorum unus est Munah, alter  
Galgal, qui alias nominatur lareah ben iomo, id est luna uni  
us diei. Et semper femicirculus ille iam nominatus luna unius  
diei ministrat illi cornui uaccæ proxime appositus. Et omnes  
postea ministri eius ante eum sunt Sopharoth munahim, id  
est cornua reposita, quod non inuenitur nisi in sedecim locis  
per unum & uiginti libros Bibliæ ut גַּם הַנְּחֹל הָעֵץ  
אֲשֶׁר עָשָׂה הַבַּיִת Ester septimo. En lignum quod  
parauerat Aman.

⊕ טֶרֶם הוּא גְּקֶרֶת גְּרִישׁ Et est uirgula q̄ erigit  
a sinistra ad dexteram, & pluraliter nominatur Gerissim que  
nota alias dicitur טֶרְסִיִּים quando duæ uirgule sur-



LIBER TERTIVS

gunt uersus dexteram. Et dicuntur **שְׁנֵי גְרִישֵׁי**  
 Habet autem tres ministros qui sunt Munah, Thliffa minor  
 & Azla. Gæris autem & Azla consimilem habent figuram  
 sed in hoc differunt. Nam si minister illius regis Geris siue  
 Gerissim, addatur primæ literæ dictionis paroxytonæ ante-  
 cedentis, tunc minister ille dicitur Munah, & uirgula sequēs  
 oblique erecta dicitur Geris, uel si duæ erunt dicuntur Ge-  
 rissim, ut **פֶּרִי עֵץ** Genesis primo. Lignum pomife-  
 rum faciens fructum. Sin autem minister eius non steterit in  
 prima litera præcedentis dictionis, tunc nota quæ sequitur  
 dicitur Azla, ut **וַיִּקְחָהּ תָּרַח** Genesis undecimo ca-  
 pitulo. Tulit itaq; Tarha. Idem est iudicium si rex & minister  
 fuerint in una dictione, uidelicet si minister non steterit in  
 prima litera, tunc illud quod eundem ministrum sequi-  
 tur erit Azla sicut **וַיִּצְתְּנוּ** Similiter & **וַיִּצְתְּנוּ** Sic  
 & Gerissim quod alii dicunt Gerfaim si steterit in syllaba  
 posteriori dictionis ut **וַיֹּאמְרוּ אִישׁ אֶל אֶחָיו**  
 tunc non præcedit minister ut in plurimum. Licet reperia-  
 tur quandoq; idq; raro, ante eum minister etiam cum stete-  
 rit in syllaba posteriore dictionis sicut supra uisum est **עֵץ פֶּרִי**  
 Caeterum commemorandus est nunc iste Canon.  
 Quæ nunquam reperitur Azla ante Gerissim, & nunquam  
 reperitur syllaba post duo Gerissim in eodem uerbo.

CANON ALTER

Si fuerint duo ministri ante Gæris, tunc primus erit Thliffa  
 minor & secūsus cadma, ut **אֲשֶׁר שָׂר צוֹ הַמַּיִם**  
 Genesis primo. Atq; motabilem quam produxerant aquæ.

## CANON TERTIVS

Si ipsum Gæris præcedant plures ministri quam duo, tunc propiores erunt Thliffa minor & Cadma, reliqui autem lo-

ginquiiores erunt omnes Munah, ut hic **וְלִבְלֵ חַיִּית** Genesis primo  
Et cunctis animantibus terræ omniq; uolucris coeli.

**יְתִיב** Figuram habet sicut Mahapach, hæc modo & nunquam habet ministrum. Differentia autem est inter lethib & Mahapach, hæc uidelicet, q̄ lethib semper residet in dictione cuius litera prima seruare debet accentum, & ordinatur ante punctum extra ipsum, id quod non sic erit in Sophar Mahapach, ut hic **אֵלֶּה תּוֹלְדוֹת נֹחַ** Genesis sexto. Hæ sunt generatiões Nohe. Et **אֵלֶּה בְּנֵי יַעֲקֹב** Genesis tricesimo quinto, Hi sunt filii Iacob.

Et hæc est una exceptio a regula **יְהוָה** Sin autem litera prima non debeat seruare accentum in dictione, tunc est Sophar Mahapach, ut **וַיְרַבֵּר יְהוָה אֶל מִשְׁחָה**

Leuitici uicesimo quinto capitulo, Et locutus est dominus ad Moysen. Et si contigerit in dictione q̄ prima litera patiatur accentum & ante illam dictionem sit alia dicitio enditica seu illi constructibilis quæ dicitur Makeph, non punctabi. ur in ea lethib, quia cum sit constructibilis quasi esset una & eadē dicitio, tunc reputat̄ tanq̄ resideat in medio dicitōis, & cōuertit̄ iethib in sophar mahapach. i. cornu cōuersiuum. Hoc q̄q; nō abiectione memorię fore debet q̄ lex ipsius mahapach est inter pūcta residere uersus sinistrū latus, & de more iethib extat q̄ crebro ipsum sequat̄ zakeph, nunq̄ uero pasta nisi forte per totam sacram scripturam solum in duodecim locis.

LIBER TERTIVS

**פֶּשֶׁט** Quod alii Pafet nominant, habet figuram sicut uirgula Cadma. Alii dicunt sicut Azla, sed nō bene, quod ego sentio. Nam Azla meo arbitratu tendit ad dexteram, Pafet autem ad sinistram. Et in hoc differunt Cadma & Pafet q̄ Cadma semper in dictionis initio ponitur ad literam cui debet incumbere accentus, Secus de Pafet. Q̄ si posterior syllaba non recipit accentum, tunc signantur in dictione dug uirgulæ quæ dicuntur Thre pafin, siue Sne pafin, ut hic **שְׂמֵי הַשָּׁמַיִם** Sunt autem ministri hunc regem precedētes munah, hlii sa minor, cadma, mercha uel sophar mahapach. Quorum loca sic demonstrabo. Nam si fuerit proxime ante pasta minister residens in ultima eius dictionis syllaba, & in dictionis sequentis prima syllaba sit pasta Rex, nec inter illa mediat productio seu correptio, tunc minister dicitur esse mercha, ut **הֵיטָה תַּחֲוֹ** Genesis primo. Erat inanis & uacua. Sin autem inter ministrum & regem pasta mediat productio siue correptio, tunc minister erit Sophar mahapach, ut **רִיחֵי הַשָּׁמֶשׁ לִבָּא** Genesis decimo quinto. Cunctq̄ sol occumberet. Sic **הַרְשָׂא הָאָרֶץ** Genesis primo. Germinet terra herbam uirentem. Sed si ministrant ei duo, & primus minister stet in prima litera, tunc ipse erit munah, & secundus minister erit Mercha uel Sophar mahapach, ut **כִּי לֹא יִלְדָה** Genesis tricesimo. Cernens autem Rahel q̄ infocunda esset. Et si minister in priori dictione non fuerit in prima litera, sed in litera posteriore tunc minister prioris dictionis dicitur Cadma, & alter reponetur pro suo gradu iuxta ordinem suum, ut hic **שֵׁבֶת שְׁבַתוֹ הִיא** Sin uero habuerit tres mini-

stros, primus erit Thliffa minor, secūdus semper Cadma, & tertius pro gradu suo iuxta ordinem uel Mercha uel Mahapach, ut **הגני מביא את המבול** Genesis

quinto. Ecce ego adduco aquas diluuii super terrā. At si plures q̄ tres habuerit ministros, tunc omnes qui Thliffa præcedunt, erunt Munah, cæteri uero secūdum ordinem pro suo gradu. Reperitur etiam Sophar mahapach ministrare huic regi pasta in una dictione, quæ per makeph continuatæ lectionis uidetur esse quasi una dictio ut **עַר שֶׁהַמֶּלֶךְ**

**במסיבּוֹ** Canticorum primo. Dum esset rex in accubitu suo. Similiter munah & Sophar in una dictione ante pasta ut hic uidetis **שֶׁהָיָבּוֹ** Nemo & Cadma & mer

cha in dictione ante pasta, ut **הַמֶּלֶךְ מוֹ** Deutero. octauo. Cibauit te māna in solitudine. In sex autem locis inueniuntur cadma & sophar mahapach in una dictione ante pasta quos inuenies legēdo bibliam. Porro uos cupio facere certiores, q̄ multa in hoc tropo contraria scribunt Iudæi.

⊕ **זִקָּת קִטּוֹ** Sunt duo supra dictionem puncta, alterum sub altero directe posita, sic: ad q̄d alludit illud in psalmo quadragesimo sexto. Dominus dirigit uel rectificat curua. Vbi nos legimus. Dñs erigit elifos, & habet duos ministros. Sophar mecharbel & Sophar ilui. Si minister fuerit in dictione præcedentis prima litera ubi debeat esse sonus, tunc dicitur esse mecharbel, cuius figura est contraria illi mahapach hoc modo **רַגַע אֲדָבָר** ut **רַגַע אֲדָבָר** Ieremię decimo octa

uo. Et subito loquar de gente & regno. Attamen alii dicunt q̄ non sit mecharbel, nisi munah munah & zakephaton in tribus dictionibus. Alii q̄ primum sit mecharbel secundum sit ilui ante zakephaton ut **אֲשֶׁר יֵצֵא מִפְּעִיךְ**

LIBER TERTIVS

Genesis decimo quinto. Qui egredietur de utero tuo. Tunc enim regula procedit illa, q̄ munah post primam literam dicitur illūi, quando ante zarka uel athnah ponitur. Sed si ante alios reges, tunc dicitur Sophar munah. Et si ueniant duo llūi, tunc primus uocatur mechaſbel, siue ponat̄ in prima seu in secunda litera, nomen uero secundi ministri tunc uocabit̄ Sophar llūi. Sin autem prorsus non fuerit minister in prima litera, tunc dicitur Sophar illūi id est cornu exaltatum, ut hic

**טפכס גשיכס** Et si fuerit in prima litera dictionis alicuius, quam tamen præcedit alia per Makeph ei constructa, ut uideatur in unius dictionis compositę medio consistere, nihilominus dicit̄ Sophar illūi, ut **בארץ מצרים**

Ieremię quadragesimo quarto. Omnis Iuda qui habitatis in terra ægypti. Q̄ si ea litera debeat habere retinaculum uertitur in Munah, ut **מן הארמה** Genesis secūdo. Formauit igitur dominus deus hominem de limo terrę:

Canon. Nunquam uenit zakeph caton sine ministro aut sine uirgula in dictione sua, nisi præcesserit cum sonum pasta, tūc enim ei non erit opus ministro.

Ⓢ **זקת גרול** Nullum unquam habet ministrum.

Ⓢ **אתנתתא** Figuratur sic a Canon. Nūquam ueniūt duo Athnahtha in uno uersu. Et nō ei ministrat ullus, alius nisi Munah, p̄ter undecim locos ubi ministrat ei **אילא**

ut docet Massoreth **ויצא נח** Genesis octauo. Egredius est ergo Noha. Et quandoq̄ ante Athnah, præcedunt duo cornua exaltata quę dicimus duo llūi, ut **כי לא**

**תחפרי** Iſaia quinquagesimo quarto. Non enim tē pūdebit. Quandoq̄ autem nulli præcedunt ministri, ut hic

ויסעו Numeri x. Quando proficiscebantur.

צ זרקא Figuratur sic ~ & quandoq; non habet ministrū  
sed inueniūt duo zarka sine mīstro, ut ויאמר יעקב

Genesis tricesimo secundo. Dixitq; Iacob. Si autem hunc re-  
gem præcedit tantum unus minister, ille nominatur cornu, si  
ue sit ulū id est exaltatum ut aliqui grammaticorum opinantē

siue iuxta alios munah id est repositum ut ויבא יוסף

Genesis quadragesimo septimo. Ingressus ergo Ioseph nū-  
ciauit Pharaoni. Similiter ויגור ליוסף Eiusdē xlvi

Naticq; sunt Ioseph. Excipiūt ix. loci sacre scripturæ p. Masso-  
reth. Vbi miniliter solitarius pcedēs zarka, uō est cornu, sed

Mercha qd alii Maarich uocant, ut hic uidet כי תשא

Exodi tricesimo. Quā

do tuleris summam filiorum Israel. Si uero duo pcedant mi-  
nistrī, tunc quando primus stat in prima litera. dicitur Munah

ut ששת ימים תעבדו Exodi uicesimo. Sex die-

bus operaberis. Et Exodi iiii. מי שם פה

Quis fecit

os hominis. Sed si non fuerit minister in primę dictionis pri-  
ma litera, tūc notabit cadma ut קערתִי בכס־היום

Deutero. tricesimo. Testes inuoco contra uos hodie. Tertius

autem ministris antecedentibus, primus erit Thliffa minor

secundus Cadma, & tertius Munah, uel secundum a'ios So-

pharilū, ut הנה צא מצא עבדך הו

Genesis decimo nono. Quia inuenit seruus tuus gratiam coram te

Q; si plures his antecesserint, quotquot pcedunt Thliffa

omnes uocantur Munah, & cæteri secundum ordinem eorū  
Et si distinctio ueniat, inter ministrum & regem zarka, tūc

LIBER TERTIVS

dicitur Mercha, ut **וְעֵלָה הַגְּבוּל רִבִּירָה** Iosue decimo quinto. Et tendens usq; ad terminos debora de ualle Achor. Et notabitur q; in xviii. locis sacræ scripturæ præcedunt zarka isti ministri Cadma & Mercha, ut **וַיֵּבֵא יַעֲקֹב מִן הַשָּׂדֶה** Genesis tricesimo. Redcuntiq; ad uesperam Iacob de agro. Ad hunc modum reperiuntur in sacra scriptura xviii. uersus quos diligenter perlegendum quicq; inueniet. Cæterum & in tribus locis sacræ scripturæ reperiuntur ante zarka in una dictione Cadma & Mercha, ut **אִיתָמָר בְּנֵי** Leuitici decimo. Ithamar filius eius, & reliqua. Et se quif semper post zarka ille sonus qui dicitur Segula siue seggol, aut ppe aut löge, ut **כֹּה אָמַר יְהוָה לַמְּשִׁיחוֹ** Isaia xl. Hæc dicit dñs Christo suo Cyro.

- ⊕ **לְגַרְמִיָּה** Figuratur sic & si præcedat unus tantum minister, ille erit Munah, ut **צִתָּר תַּעֲשֶׂה לְתִבְּהָ** Genesis sexto. Fenestram in arca facies. Sin autem præcedat duo ministri, tunc primus erit Mercha, & secundus munah ut **אֲשֶׁר יִרְצַק עַל רֹאשׁוֹ שֶׁמֶן הַמִּשְׁחָה** Leuitici uicesimo primo. Pontifex id est sacerdos maximus inter fratres, sup cuius caput fufum est unctionis oleum. Et si ministri tres antecedant **לְגַרְמִי** tunc primus erit Cadma, secundus Mercha, & tertius Munah, ut hic **וַאֲיָנָי חֶסֶד לְגַפְשׁוֹ** Ecclesiastis sexto. Et nihil deest anime suæ. Regulariter autem semper Munah ministrat proxime ante legarmi.

- ⊕ **רַבִּיעַ** Figuratur sic. Et est punctus unus directe supra



literam. Et qñq; est sine ministro, ut **וַפָּחַת כִּי אֶהָב**  
 Quandoq; habet unum ministrum & dicitur Munah, ut hic  
**פָּרוּ וּרְבוּ** Genesis primo. Crescite & multiplicamini.  
 Et si ei fuerint duo, primus nominabitur Darga, & secundus  
 munah, ut **שְׁתֵּי כַתְּפֵת הַבְּרִית** Exodj uicesimo  
 octauo. Duas oras iunctas habebit. Sin autem tres, tunc pri-  
 mus erit munah, secundus Darga, & tertius sterū munah, ut  
**לֹא מִבְּנֵי גַם בֶּן וְאֵת אִיזֵלוֹ** Vel sic **יִשְׂרָאֵל הַמָּה**  
 secūdo Regum uicesimo primo. Por-  
 ro Gabaonitæ non erant de filiis Israel.

Ⓢ **הַבִּיר** Formatur ita Quādo igitur habet unum mini-  
 strum, & inueniuntur inter regem Thebir & suum ministrū  
 duæ syllabæ longæ siue magnæ, Aut altera correpta qui-  
 dem atque altera longa post eam, tunc minister eius est  
 Darga ut **וְאַלְעֹזֵר הַכּוֹהֵן** Numeri uicesimo. Lo-  
 cuti sunt itaq; Moyſes & Eleazar sacerdos. Sed si non inter-  
 cedat nisi syllaba longa. Vel intercedat quidem longa simul  
 & correpta per seua post eam, tunc minister eius est mercha  
 ut **הַחֵר הַטּוֹב כִּי עֹבֵר** Excipiuntur quinde-  
 cim loci in sacra scriptura quos legēdo inuenies exceptos ab  
 hac regula, ut **וְכִי יִגֹּזַת שׁוֹר אִישׁ** Exodi uicesi-  
 mo primo. Si bos alienus bouem alterius uulnerauerit. Si autē  
 inter Thebir & ministrum interueniat seua in principio di-  
 ctionis & consequenter syllaba una, tunc seua imitatur suam  
 conditionem in syllaba pro gradusuo, & erit tunc minister  
 præcedens Darga, ut **לֹא תִבְלֶה** Econtrario si quod

LIBER TERTIVS

mediat id fuerit propria syllaba, & eam sequatur unum seua,  
tunc minister præcedens erit Mercha, ut **וְכִי אֲתָבֶס**

Sed si duo ita sequantur seua post eam syllabam quæ interue-  
nit, tunc reputabuntur duæ syllabæ, & minister præcedens  
erit Darga, ut **וְכִי תִזְבְּהוּ** Et si fuerit palek hoc est  
distinctio inter regem hunc & ministrum suum sic & non  
interueniat nisi una syllaba, tunc semp minister eius erit Dar

**גא** ut **לְאִמּוֹר הַמּוֹל יִמּוֹל** Simile

huic legim<sup>us</sup> in uolumie Ester ca. x. **אֲחַשְׁרוּשׁ בִּים**

Si autem interueniat producta & hatteph patha, uel hatteph  
sægol & producta (Ecce quomodo reputantur quasi longa  
esse) tunc minister eius erit Darga, ut hic **אֲשֶׁר קִנָּה**

**יַעֲקֹב גִּתּוֹ אֱלֹהִים** Porro si in dictiōne quæ habet  
Thebir accidat retinaculum in zere ante hatteph, uel holēm  
ante hatteph hoc est seua, tunc minister eius erit Mercha, Si

cut hic **יִצְאֹו שִׁמְרוּ יָדְךָ** Et si nō fuerit uno de  
tribus his modis, tunc non habet ministrum, ut hic

**אֵת הִיא רַפְאִים** Deutero, secundo. Terra gigan-  
tum reputata est. Præterea quando ante Thebir præcedunt  
duo ministri & primus fuerit in prioris dictiōis prima litera

tūc minister eius dicet munah, ut **עִיר שׁוֹפֶכֶת רֵם**  
Si autem non fuerit in prima litera, tunc minister eius erit

Cadma, ut **וְאִישׁ אִישׁ בֵּית אֲבוֹתָיו** Si autē  
regem hunc præcedant ministri, tunc primus est Thliffa mi-  
nor, secundus Cadma & tertius Darga, ut

**אֲשֶׁר פָּקַדוּ מִשָּׁה וְאַהֲרֹן** Numeri tertio. Et quos recenseri ad

nomens Moyſis & Aaron. Vel certe præcedūt Thliſſa, Cadma, mercha, ut **בארבעה עשר יום לחדש**

Exo 12

Et ſic eſt cum ante Thebir præcedunt quatuor miniſtri, tūc primus erit Munah, ſecundus Thliſſa, & ſic ſecundum ordinē & cuiuſq; gradū. Eſt aut gradus uniuſcuiuſq; ſecūdū ordinē intelligendus iuxta memoriale qđ hic cernitis **תקמת**

uel etiam ſic **תקרת** id eſt thliſſa, Cadma, Mercha, Thebir, uel ſic Thliſſa, Cadma, Darga, Thebir. Hic eſt ordo miniſtrorum iuxta gradus ſuos, de quo ſæpe fit mentio. Quare curandū eſt diligēter ne duo hæc memoracula deleat obliuio

**תפתא** Figurat ſub ſyllaba ſic & eſt idem quod tarha Et miniſter ſuus qui cum ſonum præcedit ut in plurimum eſt Mercha, ſeu ab aliis dictus Maarich, ut **את השמים**

Genesis primo. In principio creauit deus coelum. Excipiuntur quatuordecim loci ſacræ ſcripturæ, in quibus antecedit miniſter Darga cum Mercha, ita qđ proximus ante Tiſha præcedit Mercha duplex, & ante illum præcedit Darga, & poſt Thebir, ſequitur Soph paſuk. Quod hoc mōſtratur exemplo Genesis uigeſimo ſeptimo **ויבא לו יין וישת** ubi nos legimus. Obtulit ei etiam uinum, quo hauſto. Et non erit miniſter Mercha in eadem dictione niſi in octo locis, ut hic

**מושבתיכם בכל** ubi in ultima ſyllaba eſt Soph paſuk, & tunc domiatur rex Tarha ſeu Tiſha in medio, & antecedit miniſter Mercha in principio, ut leuitici uiceſimo tertio. Sabbathum domini eſt in omnibus habitatiōibus ueſtris Hoc loco riotandus eſt quidam inſignis canon de iſtis duab;

dictiunculis **כי ולא** Vbi cunq; enim tres dictiones cōſtare dignoſcuntur, quarum prima fuerit **כי** & ſecunda

LIBER TERTIVS

fuerit **לא** tūc in tertia ponitur Tifha, si modo in illa soleat accentus aliquis designari. Ita certe **כי** notet per Mercha & **לא** construatur cum sequente tanquam una dictio  
**כי לא באתם ער עתה** Excipitur ab hac regula locus Deutero. iii. capitulo **כי לא תעבר** quod nos legimus. Nec enim transibis Iordanem istum. Et si prima litera in qua est Tifha punctetur per seua seu hatreph, tunc dictiuncula **לא** notatur per Mercha & dictiuncula **כי** construitur contigue cum sequenti **לא** sine ulla prosodie nota, ut **כי לא ררשנוהו** Similiter sic **כי לא ררצו** Et ita de aliis.

Ⓢ **סליק** Idem est quod Soph pasuk, summa rei, & finis distinctionis. Et est uirgula quæ ponitur in periodo, ac distinctionis termino, sub distinctione finali sic | Et eius minister semper est Mercha. Excipiuntur quinque loci sacrae scripturae ubi minister eius est **לא** sic, sub litera, ut **לררתיבם** Numeri decimo quinto. Ita & de pulmentis dabitur primitias domino. Quod & reperitur per Cadma & Azla, ut Leuitici uicesimo secundo. Dicad eos & ad posteros eorum ubi ponitur **לררתיבם** Sed non in fine orationis, quod est Soph pasuk, ut supra.

Ⓢ Nunc si quid à cæteris scriptoribus horum accentuum amplius recenseretur, facile ad id quod hæcenus adduximus reducitur, uel quod uirtute sit his aut nomine par ac consonum, uel quod nihil ad hunc locum attineat, ut est illud **הגעיא** quæ uocalium uno hiatu collisio est. Vnde nullum admittit regem nullum ministrum, sed solum retinaculum & productionis notam. Sic Makeph hoc est quod græci dicunt  $\varphi$  & cōfigua sci

licet constructio, quod nec regem patitur, necq; ministrū. Sūt & aliæ figuræ sibi inuicem confimiles quæ aliàs alio uocant nomine. Et quædam ut græci dicunt omonyma sunt ut hic פור Et etiam זקת quæ se extendunt ad magnū & paruum. Quædam aut̄ synonyma sunt ut Cadma quod alii dicūt Azla. Sed rectius cadma nominant uirgulā supra literā a manu dextera ad sinistram. Et Azla uirgulā supra literā a manu sinistra ad dexteram surgentē, & hoc more nos utimur. Deinde Tarha & Tifha idem sunt. Itē segula & segol. Itē thliffa minor & Thalfa. Sic thliffa maior & Tarfa. Itē Pazer gadol & lareah ben iomo. Item Tarfiim & Geriffim. Itē lethib & Sophar mahapach. Item Pasta & Cadma. Item legarmi & pefek. Item duplex Cadma & Sne pastin. Item duplex Azla & Sne geriffim. Item Minah et Sophar lasar. Itē Mercha & Maarich. Itē duplex Mercha & thren huttrin. Itē Azla & Eichel. Selik & Soph pafuk. In omnibus his binariis & binomiis, semper alteri alter synonymus est. Vnde si recte omnes accentus musici diuidantur, inuenies ex uiginti quatuor tum antecedentes ministros septem, tum prædominantes Reges xvii. Aut iuxta grammaticorū aliorum supputationem septē ministros generales q̄ p̄ hæc monumēta

אֲדַמַת גֶּשֶׁם  
 cōmemorant. Et quædecim Reges qui p̄ nomē יִשְׂרָאֵל  
 memori tenentur reminiscētia, uidelicet ita, Iod יוֹט Sin

לֶפֶת Res Res רֶתֶת Aleph אָוֹ Lamed  
 Quod uobis ita exponam. Tres literæ hoc inter se habēt modo q̄ earum quælibet unius nominis ex accentibus sit initiū & litera exordialis. Valent igitur tres primæ literæ tanquam capitales hōs accentus יתִיב טרם טפתא Tres

## LIBER TERTIVS

literæ secundæ שלשה סגול סליק Tresli

teræ tertiæ רביע הלישא תביר Tres literæ

quartæ אתנחתא וקת ורקא Tres literæ quæte

לגרמי פור פשטא Vniuersa hæc iuxta He-

bræorum doctrinã scripsimus eo modo quo illi in suis libris tam grãmaticis, q̃ musicis sparsim de hac materia tractauere nisi q̃ nobis perquam difficile fuit exempla inuenire ad oẽm præceptionem apta, in quo studiosi omnes uerum me dicere comprobabunt. Audiuius sane olim Raimundum Mithridaten Romanũ, quo tpe Galliarũ & Germaniæ uniuersitates gymnasticas plustrauerat, q̃ esset hebraice, græce, arabice ac latine peritus. oẽm hebraicorũ profodiã ad similitudinẽ græcorũ reducere conantẽ, hoc uidelicet modo, q̃ sicut græcorum haberentur τόνος, χρόνος, πνεύματα, ακούματα, ita & quodam modo hebræorum. Nam etiam tonos obseruarent Hebræi suos, id est accentus. Acutum Cadma & Maarich. Grauem Tarha & similiter præcedente Cadma, Sægula, Zarka & Azla. Circumflexum Sophar lasar & lareah ben iomo. Tẽpora uero sic, longum. In principio dictionis Tharfa. In medio Rebia. In fine, super A carnepara, præcedente lareah ben iomo. Super E pazer gadol, super I passet, aliàs autem indifferenter in ultima litera zarka. In antepenultima litera tantum (existente in priori dictione Darga) Thebir, & indifferenter quoque in omnibus locis superne Zakeph gadol. Breue tempus, nihil nisi in ultima Thalfa. Media deinde quantitas siue anceps. In principio Sophar Mahapach, in medio Threnhuttrin, in fine ac quandoque etiam in medio Sal sglæth. In ultima & penultima syllaba trochaica Threpastin, & in ultima q̃q̃ syllaba (existente in sequenti dictione Thebir) Darga. De passionibus profodiæ sic docuit, q̃ sententi

arum suspensioes essent in principio zakeph caton, in medio Athnahtha, in fine Soph pasuk. Item q̄ hyphē esset Samich, & hypodia stole pasuk. Post autem q̄ sic docendi & præcipi endi finem fecerat ipse Mighridates, iurauerunt discipuli oēs se non intellexisse, quare pacta mercede data & perfoluta, tã præceptorem q̄ doctrinam ut Scotinon dogma reliquerūt, ille coaceruata pecunia grandi rediit in Italiani.

**N**Vnc in quibus Harmoniæ stadiis atq; campis athletæ hebraissando se exercent, & quo more prius lectores sacre scripturæ se aptent, atq; cantibus assuescant breui dicē dum mihi est, nequid huius studii prætermisissē uidear. Eliguntur inquam ē sacris literis orationes peculiare & uerba commoda in quibus Tropi designantur, quos hebraice enu merauimus, & latine appellantur hoc modo, Salsaleth. Segula. Thliffa Gadola. Pazer Caton. Pazer Gadol. Teres. Tar siim. Geris. Iethib. Pasta. Zakeph Caton. Zakeph Gadol. Aethnahtha. Zarka. Legarmi. Rebia. Thebir. Tasha. Selik. Azla. Mercha. Meaiela. Darga. Galgal. Thliffa Carāna. Sophar Munali. Sophar Mahapach. Sophar Ilui. Sophar Mecharbel. Ab hac serie ordiunt oim opationē q̄ p canonū nostrorū disciplinā potuistis accipe. Placeat igit̄ cuiq; suum, mihi placebūt mea. Ego em̄ qd̄ inferius locatū, eo utar exemplo, ut discipulorū meorū studiosa iuuetus q̄tidie unū ex illo uersum tenaci cōmēdēt memorię, tū d̄ inde cōsideratis qua libet in syllaba tropis, suū unicuiq; carminis modulū distribu ant, uel pro synagoge cuiuslibet cōsuetudine, uel pro singulorum quorunq; gaudii læticię hilaritudinis concepto iubilo. Quapropter Idea, spectrum, & exemplar hoc illud erit.

**וְרָקָא מִקַּת שׁוֹפֵר יִשְׂרָאֵל סְגִילָה**

2. para 24

וְקִבְרֵי אֶת חֲכָמֵינוּ הַלְלוּם

**שׁוֹפֵר יִשְׂרָאֵל פּוֹרְגָלוֹל גְּעִיא**

27 טו

וַיֹּאמֶר לָהֶם צִאָה

**יְרַח בְּדִנְמוֹ קִרְצֵי פִרְחָה תִלְשָׁא**

לְעַרְיָה יְחֻרְחָה וְקִבְעוּ

**מִקַּת קִדְמָא אִזְלָא שׁוֹפֵר יִשְׂרָאֵל**

**מִכָּל יִשְׂרָאֵל בְּסֵת לְחֻזְקָה**

יחזק  
סס

**מִקַּת שׁוֹפֵר יִשְׂרָאֵל הַבְּנֵי שׁוֹפֵר מִחֻפְרָה**

אֶת בְּנֵי אֱלֹהֵינוּ מִרְיָה

**בְּשֵׁט וְקַתְקִטוֹ טַרְחָא שׁוֹפֵר יִשְׂרָאֵל**

שִׁנְהַבְּשִׁיחַ וְאַתֶּם תִּמְחַרְרוּ

**אֶתְנַח בְּאַרְיָה טַרְחָא סוּת פְּסוּקֵי**

לְכַבֵּר וְלֹא מִחַרְרוּ הַלְלוּם

**יְתִיב וְקַתְקִטוֹ בְּרַגְצָא תְּבִיר**

וְיִתְבֵּן חֲמֵנִים יִשְׁבֵּן אֱלֹהִים

3. 48  
מקל  
6.



גגינה

מקת טרחא מקת אתצתא  
את הארם על הארץ

הרסא שגי צרישים שופר מהפר  
הגה השמים ושמי

שגי פשטין שופר ישר זקתקטן  
השמים לא יבלכלור

הביר מקת מאריד טרחא  
את פיר חפית חזה

מאריד סות פסוק אתצתא  
אשר בגיתי ויאמר 33 ע

מאריד טרחא מאריד סות פסוק  
פני ילכו ותציתתי לך


מאריד תרין חוטרין טרחא  
ויקרא לה גבה

mit 32 fine


סות פסוק שגי צרישים שופר מהפר  
בשמו וזה יצחמנו

uitio ingrati tudinis acceptanda, ut quæ sit à maioribus nostris Romane doctis huc usque non attemptata. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, non quod aliquid aure popularis de tam inusitato nostris hebraicorum exercitio captare optem, ut solent de suis studiis, librorum incendiarii Sophistæ. Sed quod inter doctissimos viros duriores mihi prouinciam & in antiquissimorum uoluminibus laborem triumphalem arrogare sine dedecore liceat, qui iucundo & læto animo inter tot erumnas, tam diuurnas audaculorum impugnationes, & mendaciorum plenissimas diffamationes, tanta nihilominus uigilantia, tam multo algu & æstu amantissimis Hebraicæ ueritatis auditoribus, linguæ sanctæ publicam notitiam præbeo, ut per nos eadem de sacris literis cognito quid sit in uero, non semper oporteat quibuslibet ignaui gregis disputatoribus fidem habere, quibus ineptissimis omnes nos ineptire iudicamur, cum ipsi sua opinione omnia intelligentes, nihil intelligant. Nulq̄ uiri boni honorẽ minuo, procul esto à me. Sed malignos & putres philosophastros optimo iure noto, quod in suum ipsorum exitum temere captantes capiunt, & ut alter Perillus, ipsi quæ fecere taurum cum magno suo malo experiunt. Gaudeamus igitur hilariter, læte, iucunde, ob uirtute partem nobis gloriam, ac illis quicquid posteris gratulemur propter tam opportuna sacratissimarum literarum seminaria quæ ADRIANI nostri iacimus auctoritate. Non dubium quin hæc radices non modo in surculos pullulent, uerum etiam in proceras excreſcant alnos syluas & lucos, in quibus ut Orpheus ad Ilmarum & Rhodopen in Thracia, sic nos ad iugum Hercynium atque Bacenas in Sueuia, Pythagoreo more citharam nostram docemus diuina Hebraeorum carmina resonare, quorum symphoniam hic subiungimus. Diatonicum autem modum lamen nobis attulit Bolfosthenius sacerdos. Harmoniam fecit Christophorus Sillingus Lucernensis. Reliquam artem & quicquid ceterorum est unus ego Reuchlin & condidi & edidi Anno Christi M.D. XVIII. Mense Februario. Pro quibus laboribus CANDIDI LECTORES quotquot futuri estis grati, mercedis loco usufruentem me atque mortuum contra non olim Actæonios, sed nunc Canionios Canes illos Calumnienſes uiriliter defendite, Foelicitereque Valet.

# Discantus




זרקא סגול מונח רביע




מהפך פשטא זקת קטן גדול זקת דרגא תביר

# Bassus




זרקא סגול מונח רביע




מהפך פשטא זקת קטן גדול זקת דרגא תביר

Altus




זרקא סגול מונח רביע




מחפר פשטא זקת קטו זקת גרול דרגא תביר

Tenor



זרקא סגול מונח רביע



מחפר פשטא זקת קטו זקת גרול דרגא תביר

# Discantus

מִרְבַּא טַפְחָה אַתְנָה סוּת פְּסוּק  
תְּלִישָׁא קְטִנָּה


קִרְמָא אֹלָא פֹור תְּלִישָׁא גְדוּלָה

# Bassus


מִרְבַּא טַפְחָה אַתְנָה סוּת פְּסוּק  
תְּלִישָׁא קְטִנָּה

קִרְמָא אֹלָא פֹור תְּלִישָׁא גְדוּלָה

## Altus




מִרְבָּא טַפְחָה אַתְּנָה סוּת פְּסוּק קִטְנָה תְּלִישָׁא




קִדְמָא אֹלָא פוּר תְּלִישָׁא גְרוּלָה

## • Tenor




מִרְבָּא טַפְחָה אַתְּנָה סוּת פְּסוּק קִטְנָה תְּלִישָׁא




קִדְמָא אֹלָא פוּר תְּלִישָׁא גְרוּלָה

# Discantus




גרשיים מירכא כפולה גרש




קרצי פרה

שלטלה

# Bassus




גרשיים מירכא כפולה גרש




קרצי פרה

שלטלה

## Altus




גרשיים מירבא כפולח גרש




שלשלת קרני פרה

## .Tenor



גרשיים מירבא כפולח גרש



שלשלת קרני פרה

x iii




# Discantus




קרצי פרה ירח בו יומא  
מברבל געיה מקל סמיה מתג

# Bassus




קרצי פרה ירח בו יומא  
מברבל געיה מקל סמיה מתג

## Altus




קרני פרח ירח בו יומא




מכרבל געיה מקל סמיד מתג

## Tenor




קרני פרח ירח בו יומא




מכרבל געיה מקל סמיד מתג


# Discantus




יְתִיב פְּסִיק לְגַרְמִי  
Altus



יְתִיב פְּסִיק לְגַרְמִי  
Tenor



יְתִיב פְּסִיק לְגַרְמִי  
Bassus



יְתִיב פְּסִיק לְגַרְמִי



## IO. SECERIVS LAVCHEN.

Literarum Sacrarum Studioſis.

Qui cupit Hebræam ſeſe duce noſcere linguam

In capita primum, Biblia Hebræa ſecet.

Deinde Rudimenta Iudaica Capnionis.

Tum Septem Pfalmos expoſitos relegat.

Extremum liber hic conſummatur rite laborem

Sermo uoluminibus quattuor iſte patet.

Hagenoæ in ædibus Thomæ Anſhelmi Badenſis  
Anno M. D. XVIII. Menſe Februario.

Cum Priuilegio Imperiali.



*Handwritten text in red ink, possibly a title or header.*

*et de la... de la... de la...*



*Handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or date.*

Wita Koba  
di M. S. (111)  
Balna - (S. P. 100)  
1970

